
II. 35. 2








II. 35. b

F. # p 294

Bartholomei Coclitis Chyromantie ac physionomie Anastasis: cuz approbatiõe magistri Alexãdri đ Achillinis

II. 435. c.

II. 435. c.

G.



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

٧١١ ١ ٥٠

H. m94 486
N. 438 3344

VII 1 a.

F. H. p. 294



Bartholomei Coclitis Chyromantie ac physionomie Anastasis: cuz approbatiõe magistri Alexãdri d Achillinis

II. 435. c.

II. 435. c.

4.

H. 1194486

SD 3466. III

II. 435. c.

II. 435. c.

1934. 1474

HORATIVS BICHARDVS FANENSIS INCLYTO SPLENDIDOQVE ALEXANDRO BENTIVOLO FELICITATEM.

Magno equidem preconio laudis Alexander Inclyte: Is extolli meretur: cui non gloriæ solum uel immortalitati consulere: Verum etiam nepotibus posterisq; magnam est in animo utilitatem parare. Nam quid melius / quid preciosius / q̃ a funere monumentum de se aliquod scriptum reliquisse: quo nos uixisse testemur / ne cuncta de nobis cum uita ineffugibilis mors depredetur. uelut iis sæpissime contigit. qui uitiorum inuolucro adeo irretiti sunt: ut preter uentrem quem numinis uice colunt: nihil considerent: Verum ad hoc procreatos esse eos arbitror ut illud Venusini poete Carmen concinere possint. Nos numerus sumus et fruges consumere nati. et illud / Nobis uncta satis est uixisse patella. Hæc monstra aufugere concupiscens noster Cocles seq; a cetu huiusmodi subtrahere / mente animoq; reuoluens illud grece dictum ἄνθρωπος ἀγράμματος ξύλον ἄκαρπον ἔσεσται Hæc est homo illiteratus lignum infructuosum esse: decreuit penitus culturæ se litterarum tradere sine quibus cultus (ut ab excelso præceptore meo Philippo Beroaldo identidem dici solet) omnis est incultus et uita uix uitalis. Igitur cum sibi adolescenti pater superuiueret domi res angustas possidens quod in acquirendis uirtutibus (maximum est obstaculum) se litteris tradere nequiuit: Tum cum adolesceret: Resq; hodie minor esset here q̃ fuit: operam dedit se ab iniuria cachitychiæ uendicare: eiusq; præclaro conatu / seuitiã anteire: solam uirtutem et uiuenti et mortuo stabilem et firmam esse possessionem ducens. Tum demum in candidatorũ uirtutis numero se subscripsit (quod ut mirum sic laudabile est) Homo pauper necessariis omnibus litterarum neruis penitus indigens: minime territus est arduam uirtutis uiam capescere. cuius licet angustus Trames: cliuosus: senticosus: crepidinosus hinc inde precipitia offerat: tamen ad apicem eius amoenissimum uigiliis lucubrationibus laboreq; indeffesso peruenit. Mente igitur animoq; diu secum ipse reuoluens

Philippus Beroaldus.

II. 435. C.

quo scientie campo facilius militaret minime inscius naturam illã rerum omnium parentem aliud aliis aptum rebus largitam esse. In terambigendum: illi in decimaquarta scorpii existens horoscopus: aurem uellit: incentiuoq; quodam illius animum ad illa non uulgaria: nec triualiter protrita Physionomiæ: Chyromantiæque studia incitauit: quas artis amplius dubitare non debemus scientiæ physicalis partes esse uel probatione illius physici primi nomínis Achillini Alexandri. Quibus scientiis ita pertinaciter operam dedit / ut modo perfectissimas habeat. ex quo aperiri / reuelariq; intima celorum secreta posse affirmare iure uereq; contenderim: in quouisq; homine siue bona siue mala inspectis: uultus manusque lineamentis / antequam infundantur cognosci. Ecquis transacta fidelius: præsentia melius: Futura uerius / referat: cognoscat: prædicet / meo Coclite / certe nullus? cuius rei innumerabilia de se palam et fecit et facit experimenta: iudicio suo tantillum nunquam delyrans. Egoq; isto obtutu gemino / identidem uidi homines a se iudicatos: quos uariis ifortuniorum generibus destinatos arbitrabatur: nunquam iudicium euasisse: qua ex causa multi hunc hominem sunt iurgiis et odio prosequuti: qui sunt profecto tanquã ὄνοι λύρας ideſt asini ad lyram: nam existimant accidentia mala ab ipso prædicta. ex eo non ex celestibus influxibus proue/nire: ignorantes summum illum architectonem / signa in manibus hominum apposuisse ut omnem denotarent effectum: sicut uerissime patientissimus Iob testatur. Ad huius artis culmen illum perduxerunt: et αὐτοδίδακτον ideſt se ipsum magistrum habentem fecerunt Iuppiter in angulo septimæ in Tauro: Mercurius in quarta in Piscibus cum capite Draconis coniunctus. Ergo nullo præeunte doctore sed istorum syderũ dispositione: Ingenio uel industria Chyromanticus / et Methoposcopus adeo excellens euasit: Vt in perscrutandis hominum lineamentis totiusq; habitus filo acie sit Draconis acutior: qui etiã Geomanticus infallibilis. nec non Oniropolos hoc ẽ somniator ideſt somniorũ interpres ueridicus / effectus ẽ: de qbus iã sub nomine diui Galeatii Sfortiæ Pisaurensis principis fratris edere decreuit opus. Is igitur Ebibita plurima lucernarum fuligine: Varios physionomiæ chyromantiæq; auctores discussit: minime inscius duplici nos uia ad cognitionem incogni/

Alex. Achillinus

Iob

Oniropolos Gal. Sfor. Pisaurensis

torum peruenire: et a doctoribus adiscendo: nostroq; ingenio et industria inuestigando: Ob hoc satius longeq; melius esse duxit non prius in eorum sententiam pedibus ire: q̄ oculo tanquam certiori arbitro / ueritatem contueretur eorum quæ assidua lectione iam lectitauerat. Laudabili cupidini suæ satisfacere contendens solum patrium reliquit: haud nummis malorum omnium irritamentis: sed tutissimo uirtutis præclaræ uiatico instructus Cornelii forum deuenit: ubi cum nobiles principes uidisset inspectis uultus manusque lineamentis illis ipsis dominii sui ammissionem prædixit. Hinc ille soluens Fauentiam se contulit: qua in urbe cum forte cogitabundus: ut suum est: Vicatim spatiaretur dominum de Manfredis Hieronymum principis patruelem offendit: habitis hincinde salutationibus ad Astorgium statim adolescentulum Principem sine pausa deductus est: cuius cateruam astantium Consiliariorum . κατ᾽ ἄνδρα per corporis habitudinem uultusq; filum considerare cœpit. Nam ita intimos mentis affectus proditor uultus enūciat / ut in speculo frontis ymago extat ita in uultu animorum testimonio paccati in panegyrico ad Theodosium: His uisis adolescentulo coram intulit: Tibi misereor. Quoniam sortem mobilis ac uariantis fortunæ pessimam supra tuum uolitare caput conspicio: et hoc addens inter multas sentes nitida et floridula rosa educaris Verbaque successu nec caruere suo: fuit enim in hostis manu traditus a quo paulopost miseranter indigneque uitæ officio priuatus. Qua de re non modo a predicto domino Hieronymo mihi amicissimo certioratus fui: Sed etiam a fratre meo Marcoantonio: qui in illa Fauentina obsidione (quod uix credibile est) annum ætatis suæ undeuigesimum agens ita uiriliter se gessit; ut illi Fauentia ciuesque omnis plurimum debere palam confiteantur: At quoniam in fratris mentionem incidi: postulante fraterna pietate libuit silentio non præterire nefandum scelus quorumdam ciuium nostrorum q̄ dum respicerent tantam in iuuene animi uirtutem: iam iamq; eius famam per omne ferme latium uagari: Terrimo inuidiæ stimulo agitati: qua nullum perniciosius crimen humanis esse mentibus insitum a Basilio traditur. eum de medio tollendum cogitare cœperunt: Itaque cum excellentissimus Gui/

Hierony. d Māfredis Astorgius d Fauentia.

Paccatus

Marcus Antonius d fano.

Basilius

II. 435. c.

do feltrius / Mortuo Alexandro ſexto / ſuum recuperaſſet domi/
nium Marcum Antonium: qui forte per id tempus in cuſtodia pe
ruſina quingentis militibus præerat litteris euocauit: ut ſuo nomi/
ne Cardinaliumque collegii patriam in priſtinam Sancte Roma.
Eccleſiæ Tutellam (quod æquum fuit) reduceret: in libertatemq;
aſſereret / pro qua repetenda nec mors quidem fugienda eſt: qui nō
iniuſtæ petitioni morem gerere concupiſcens. in territorium Fani
propediem deuenit: Ibique pernoctans: benigne ab his ſuſceptus
eſt de quibus non ſolum ipſe: ſed tota noſtra domus ſemper bene
meruerat. Cumque igitur frater meus decreuiſſet nequid detrimē
Nota facius ti reſpu. caperet: quid ſibi eſſet in animo ciuibus ſuis enunciat:
īmane quos inter ingrati quidam et liuidi uafritia / præmioque cum illis
ruſticis / quibus nullum tam atrox facinus quod ipſi minimo etiam
lucello corrupti non audeant / de iuuene interficiendo egerunt ſu/
dorum: laborum: uigiliarumque bene memores / quas anno præte/
rito ipſe tutando: defendendo: ſubleuando illos labantes: et in ho
Petrus Frā/ ſtilem predam tendentes ſubſtuliſſet. Itaque mane et plane mane:
ciſcus de Bi ab his quibus confidebat uti agnus: a lupis inermis / una cum pa/
chardis. truele noſtro Pierfranciſco nefandiſſime trucidatus eſt: quo faci/
nore: dii boni: quid inhumanius: quid turpius: ab optimis Ciui/
bus perpetrari potuiſſet: q̄ eum interficere qui patriæ tutor: illu
ſtratorq; fuerat: Vobis enim ruſtici Cacoceti incolæ qui animus:
quæ inconſtantia: quæ ingratitudo: quæ inhumanitas / ueſtra fu
Exēpla īgra it ſic eum prodere qui uobis tantopere fidebat: Et ſi ingrati Ciues
titudinis. aduerſus tam bene meritum iuuenem extitere / armis et animi mo
deratione clariſſimum: nihilominus antiquorum exemplis me ſo/
lor: quando nulla unquam claritas inuidia uacauit: non ne ingra
Romulus. ti ciues aduerſus primum urbis conditorem extitere: non ne erga
Gamillus. Camillum qui ob egregia facta ſecundus urbis et ipſe conditor dic
P. Africāus tus eſt: Nimirum ciuium ingratitudo ſuperiori Africano cauſam
ſuperior præbuit teſtamento legare ſcribendum ſepulchro: ingrata patria
ne oſſa quidem mea habebis: Cuius frater hanc ipſam cauere nō
ualuit / quamuis Antiochi uictor: Aſiæ domitor: Imperiique Illu/
ſtrator extitiſſet: Nec quidem filio profuit Carthago intra ſex mē
Pub. Scipio ſes domita: deletaq; numantia quin domi raptorem ſpiritus inue/
Naſica

niret. Punitorem uero mortis in foro neminem. Nec deorum ma
ter hoſpitatorem ſuum Naſicam optimum a Senatu uirum iudica/ Lygurgus
tum defendere ualuit: Nam et ipſe inuidia et obtrectatione expul
ſus in Aſia diem ultimum obiit. Neque lygurgo ut iam exter/
norum ingratitudines tangam uitæ ſumma ſinceritas / neque con
ſtantiſſimus erga patriam amor neque leges ſalubriter excogita/
tæ: auxilio eſſe potuere: quominus infeſtos Ciues experiretur.
Athenienſes ferino more uagantes ad polyticam / moralemque ui
tam inſtruxit monſtrorum domitor Theſeus: qui tamen ſuo Theſeus
rum ingratitudine Ciuium coactus eſt in ſcyro ultimum ſupplici/ Mõſtrorũ
um experiri. quid enim de Mylciade loquar. qui decemplicem domitor.
hoſtium numerum profligauit: attamen in uincula publica conie Milcyades.
ctus indigne occubuit. Nihil enim de Neoclis filio dicam qui et Themiſto/
ipſe inuidia ad Artaxerem inimici filium confugere coactus eſt: cles
eiuſque petere amiciciam: Si igitur inter Romanos Athenien/
ſesque Ciues: qui conſtantiæ: moderationis: Grauitatis ſibi lau
dem eximiam uendicabant: Inuenti ſunt aliqui tam ingrati ad/
uerſus tam benemeritos: Hoc forſitan in diluẽdo crimine in me
dium afferre poſſent: maluimus innoxios plecti q̃ diutius eſſe in
timore: Ego quidem nihil inuenio quo poſſim ab inuſta infa/
miæ nota tutari ac deffendere Ciues noſtros: bonorum cauſa/ do
leo: quos infinitos Fanum fortunæ gratiſſimum / noſtra patria Fanum for/
ſuo gremio fouet ac nutrit. ad hoc facinoroſum facinus et inui/ tunæ
dia et obtrectatio illos impulere: nec mirum ut enim cantarides
(q̃d Plutarchus ait) Lætioribus frumentis et uiridioribus roſis ma/ Plutarchus
xime innaſcuntur: Ita Inuidia eos precipue tangit qui boni Inuidia.
ſunt: quique ad uirtutem gloriamque graſſari uidentur: Has
enim ecbaſes formoſe mi Alexander facere libuit ut iniuſtum
fratris mei Marci Antonii obitum: tibi tuæque ſplendidæ do/
mui deditiſſimi cognoſceres. Cuius Epythaphium ab optimo ac
imprimis humaniſſimo meique amantiſſimo Daniele Medice Daniel Sa/
Saxolenſi conditum / non ab re interſerendũ duxi: quod Rogo xolenſis.
non prætereas.
Biſdecimũ Marcus peragens antonius annũ

Raptus obit: cineres hæc habet urna ſuos.
Magnanimus uirtute fuit: pietate colendus
Cuius adhuc patriæ flagrat amore rogus
Expulit hic patriis graſſantem mœnibus hoſtem
Sepius: et populo libera pila tulit.
Prho ſcelus! ii ciues: quorum quatit ilia liuor
Immeritam iuueni contribuere necē.
Qui licet ob patriam telis ſit mille petitus!
Non cecidit: quoniam fama perennis erit.

Sed unde abii ad Coclitem regredior: qui Fauentia ſoluens Ceſenam petiit: cuius habenas tunc Moderanti Biotanaton futurum enunciauit ꝙ paulo poſt illi Romæ contigit: Nec inficias uadit Pandulfus Ariminenſis a Coclite ipſo longe antea predictum fuiſſe quod illi dein euenit. Inde Piſaurum dum recta petit, uidendi domini maximo ductus deſiderio: forte illum cum inclyto fratre ſuo Galeatio Gratariæ offendit: quod oppidum ab urbe eſt ad ſeptimum lapidem: Hoc tam iucundum tamque gratum mihi fore uidetur ut illud a gratiis conditum: nomenque ſumpſiſſe exiſtimem: Munitum eſt Arcula quadam undecunque faberrime extructa: cuius pars altera ſurgentem: altera occiduum ſolem ſpectat quo illi Optimi ac imprimis ſtudioſiſſimi principes recreandi animi gratia uentitare conſueuerunt: Temperie cæli: Situs diſpoſitione. Amœnitate uillæ allecti: quas uoluptates niſi cum librorum magna copia non capiunt: hic Cocles noſter benigne comiterq; ab his ſuſceptus eſt: quibus aliqua poſt infortunia felicitatem prædixit: quod dii deæque faxint. Mox impetrata abeundi copia Excellentiſſimum Ducem Guidonem Vbaldum acceſſit: uirum Si quiſquam eſt, integerrimum: cui gratus admodum: Suauiſque fuit: Namque domus eius Illuſtris Illuſtribus ſemper patet hoſpitibus. Ipſe profecto non ſolum dominio, ſed illa qua præditus eſt eloquentia cenſetur: Plurimum litteratos diligit ac fouet: quod genus multos in aula ſua detinet quorum confabulatione recreatur. Huic itidem nunciauit, Per aliquam temporis intercapedinem fortunæ cedendum eſſe: Afferens quicquid toruo uultu rapuerit eādē benigno ac Illari redituā. qđ ide nō ſecus accidit.

Io. SFor. de Piſauro Galeatius SF. Gratariæ opidum

Guido ubaldus Vrbini Dux.

Hinc ad Iulium uarenum Camerinensem dominum uiam cœpit cuius cum physionomiam / natorumq; Chyromantiam uidisset: de fati sui iniquitate illum admonuit: quod nec aufugere potuit: Id dei opus esse non hominis arbitror. Multosque alios dominos egregiosq; Dinastas: qui tunc temporis florebant: securiq; degebāt: neq; qdquā tale sibi euēturū arbitrabant adiuit. omnibusq; siue αγαθὴν τύχην: siue κακὴν τύχην: haud perperam uaticinatus est: Sed iam tempus est ut Coclitem cum epistola domum reducam: Qui postquam multorum prouidus urbes et mores hominum inspexit: non sine magno uitæ periculo: ad tuguriolum suum repedauit: quo tempore res noue ui geri incipiebant. Domique quietus ne ocio sine negocio frueretur: quicquid illa migratione accuratissime expertus est: in Physionomiæ Chyromantiæque opus compilare decreuit: quo effectum est ut disciplinæ istæ quæ antea raris uel nullis utpote submersæ cognoscebantur dilatato pomerio in lucem redierint. Verum ut hoc gratiosius uenerabiliusque appareat: tuum felix ac faustum nomen anteposuit: Tibique uelut tutelari numini primitias frugum dedicauit.

Dedit enim ut Plinius ait q̄ maximum potuit: daturus amplius si potuisset: Tametsi quid homini dari potest maius q̄ gloria laus et æternitas. ꝙ si aliquando animum grauioribus curis relaxare uolueris: flores in huiusmodi prato legere tibi non erit inutile. Quid enim Principi potest esse conducibilius: q̄ ex uultus totiusque corporis filo mores ac naturas cum seruorum: tum amicorum cognoscere: hominemque totum interiorem extra perspicere. Debet enim princeps in eligendis seruitiis / Amicisque facere quod Apes: quæ / ut a Basilio traditur / nec omnes pariter adeunt flores: nec si quos adeunt totos absummunt: sed eo solo ablato / quod operi suo aptum sit: reliquum omne ualere sinunt. Hæ scientiæ utique erunt tanquam flosculi inter tot tuas innumerabilesque uirtutes inspersi: quarum ego maximus præco buccinatorq; / ut debeo / esse non desinam. Tuum erit splendide mi Alexander a Viperinis susurronum maledicumque morsibus Coclitem deffendere / hii nanque uti herba noxia uberrime succrescunt: qui si forte præter consuetudinem benedicere cupiunt: in consuetum crimen dilabuntur.

Pli. ī epist.

Phy. Chyr. Principi utilis.

Basilius.

Cōtra susurrones.

BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNANIU

Beroaldus.

Aula Petronii Palatini

Hos tanti faciendos esse censeo: quanti culicum barri morsus existimant. Ad hominum huiusmodi uoces: Tanquam ad syrenum cantiones obturandæ sunt aures: malorum nanq; uituperatio impendio magis est bonorum laus. At quoniam receptui. canendum est: hanc illo carmine claudam recte de te ab inclyto Beroaldo decantato / quod in admirabili ac splendida Aula Mœcenatis mei Petronii Palatini Viri siquidem Magnifici: sub lepidissima imagine tua scriptum apparet. DELITIVM POPVLI: LVMENQVE: DECORQVE IVVENTAE. Viue felix Tu umq; Clentulum semper: quod spero facies: dilige. Bononiæ xy. decembris. M DIII.

DIVO ALEXANDRO BENTIVOLO IOANNIS BAPTISTAE PII BONONIENSIS PRO COCLITIS ANASTASI CARMEN.

Vsarum uigili meditata uolumina cura
m Accipit unigenæ palladis alma manus.
Vt pulchrũ pulchro munus ferat innu(
Bẽtiuolæq; petit limia celsa domus. (ba diua:
Nouerat hãc patriis caput insinuare sub astris:
Seu quatit armigera martia tela manu.
Siue triumphali redimit pia tempora lauro:
Et pacem: dextra quam dedit: ipsa colit:
Obstupuit: clypeoq; hærẽs dea docta meduſæ:
Nescit quem dominum muneris esse uelit.
Quattuor illustri cernit duce sidera Iano:
Par honor his frontis: par honor iis animi.
Stant tamẽ: et melius geminata luce refulgent:
Sacraq; Alexandri clarius astra micant.
Quantum inter radios effulget luna minores:
Eminet et proprio delia celsa choro.
Hæret ad huc uirgo donec sub Coclite sistit
Iudice consilium: iudiciumq; dea.
Sic melior tanti censetur muneris hæres:
Pulchrior et pulchro gaudet honore deũs.
Et merito quem tota suis insignibus ornat
Pallas / palladio munere si fruitur.
Munere quo natura parens prius inuia nullo
Vel duce non certo coclitis arte patet.
Hinc tibi mille dolos animi: secretaq; mentis
Nosse oculis / uultu / pectore / fronte / licet.
Et quot adoptiua uulpes sub pelle latentes
Inuadunt tectis uiscera nostra dolis.
His pariter uirtus speciosо in corpore florens
Noscetur lectis musica turba notis.
Nec manus / et uario milleſima linea fato
Deerit: et illustri semita uera duce.
Tu modo docta legas consumati orsa magistri:
Auctoresq; alios somnia uana puta.

Guido posthumus Siluestris pisaurensis.

Præside Achillino uictura uolumina Cocles
Condidit: orbe italo dissimulator abi.
Nota animi fient penetralia: cesaq; ficti
Fronte uel in media crimina cordis erunt:
Notus erit tandem iusti temerator et æqui
Olim aliquis populo creditus esse numa
His poterat nosci pelopeius aduena chartis
Qui menelaei claustra recluſit equi
Temporibus nostris ista noscendus ab arte
Impius anguigeræ proditor arcis erat.
Hoc animi speculo patriæ pater inclytus urbis
Ocia bentiuolus fida senator aget.
Cede igitur uitiū: quia munere coclitis actū est
Vt ferat in patula crimina fronte reus.

Alexãder Achillinus Bononiensis de Chyromantiae principiis et Physiono miae.

✝

Enerandam sophiae veritatem flagranti ardore
v adeo complexus sum: vt quoscumqz ipsam calluerint: amare me adducat: alliciat: impellat. Quos etiam alias despectos mores forte reddidissent: hos veritatis amor nobis efficit tolerabiliores. Cum aũt inter caeteras philosophie partes: que pluribus annis in tenebris hactenus latitarunt: mi Bartolomee Cocles in reuocandis in lucem. tum Physionomiae. tum Chyromãtiae ramusculis acri cura ꝛ diligentia vsus fueris. ideo vniuersalia rerum elementa cum particularibus subiectis coniungere non dubitaui. Quare: ne veritas in desuetudinẽ abeat: quod policitus sum: cape.

Alexandri Achillini Bononiensis questio de subiecto physionomiae ꝛ chyromantiae.

Queritur vtruz

q physionomiae aut chyromãtie subiectum sit homo.

¶ Respondeo premittẽdo q subiectuz primuz ꝛ adequatũ scientiae: est primo in sciẽtia consideratũ. Ex primo enim posterioꝝ textu ꝯmẽti 24. Tria sunt in sciẽtia principalr ꝯsiderata subiectuz: passio: principium scilicet complexum. non enim ꝯes: cum de se euidentes non sint: fieri possunt euidentes: niſi per principia complexa illustrentur: ꝛ sic si qua sit scientia de subiecto incausato: vt methaphisica: que de ente in eo quod ens considerat: habet principia subiecti. Horum trium subiectum est primo cõsideratuz: passiones autez ꝛ principia secundario contemplantur. Si autem subiectum esset intrinsece constitutum: tunc principia subiecti intrinseca in scientia considerantur: siue essentiales partes fuerint: siue integrales: vt materia ꝛ forma in philosophia naturali: q̃ sunt partes naturati essentiales. aut in subalternante. homo enim medicae considerationi subiectum est: ꝛ illius principia intrinseca in philosophia naturali medicinam sibi subalternante considerantur. idez de partibus diffinitionis dicendum est. partes autẽ subiectiue ad scientiaz illius subiecti spectãt: adminus scdm q sub subiecto comprehenduntur. Methaphisicus enim oẽ ens considerat in eo quod ens est. ¶ Principia autem complexa duplicia sunt: cognitionis tantum: ꝛ cognitionis ꝛ esse. principium cognitionis tantum est propositio per se nota composita ex signo aut causato vt motus est: i philosophia naturali. principium cognitionis ꝛ esse ẽ propositio per se nota composita ex cã seu principio vt natura est: in naturali. distinctio est Auerrois primo physicorum cõmento octauo: neqz datur tertium membrum scilicet principium essendi ꝛ non cognoscendi: qz materia: de qua magis uidetur: est principiũ distincte cognoscendi: ꝛ primum in suo genere. licet ipsa non sit primum simpliciter: quia per aliud ipsa cognoscitur: vt in libro de elementis declarani. Iste tamen: materia est: forma est: sunt ꝯes in naturalibus: ꝛ nõ principium: niſi forte respectu aliquarum ꝯclusionum: sed non sic accipitur principium hic. Ad propositum principijs cognitionis tantum vtitur scientia a posteriori demonstrans: vt naturalis. sed principijs cognitionis ꝛ eẽ vtitur scientia a priori demonstrãs: vt mathematica. ¶ Sciendum etiam q licet principale: cuius proprietates querũtur est subiectũ: tamen aliquando querũtur proprietates passionum. vt motus queritur vnitas: contrarietas: diuisibilitas: comparatio: aeternitas. vtz in quattuor vltimis libris physicoꝝ. si enim passionis: vt passio est: esset passio: iretur in infinitum in passionibus: habent igitur passiones rationem subiecti: cum earum passiones inquiruntur. principiorum etiam incomplexorum proprietates queruntur: vt in naturalibus: materia inclinatur in formam: q̃ ea p ficitur ꝛ terminatur. principiorum etiã complexorum querit methaphisicus proprietates: vt q cõissima sint: q̃ ex terminis communissimis componuntur. firmissima: quia illis non potest intellectus non adherere. indemonstrabilia: q̃ eis nihil est notius in veritate: neqz prius: neqz posterius: respectu cognitionis nostre: deus enim in se notior est.

¶ Sciendum etiaz q omnia alia ab istis tribus in scientia considerata non principaliter considerantur. sed propter subiectuz: ꝛ ad ipsum attributionem habent. ¶ Subiecto autẽ attribuibilia sunt: subiecti generatio: corruptio: negatio: priuatio: ȝrium: licet hec non omni subiecto sint attribuenda. colligitur sententia quarto methaphisice textu cõmenti ȝi.

¶ Ex hijs sequitur Aristotelem inter attributa nõ numerare: principia: neqz partes subiectiuas: neqz proprietates. ista enim de hijs: que principaliter considerantur: sunt. quãuis ista: vt subiecti noticia perfecta compleatur: indagentur. alio tamen attributionis genere per se consideratorum unum alteri infra attribuetur. ¶ Sciendum etiam q subiectuz metas scientiae non transcendit: aliter non esset illi scientie adequatum. quia igitur vna natura intrat duas artes scdo physicoꝝ ꝯmto 71.

oportet inuenire rationem formalem considerandi vni arti subiectum appropriantem: homo enim inquantum ens: aut substãtia: a methaphisico consideratur: sed inquantum homo: animal: aut corpus: a naturali: ⁊ etiam inquantum sanabile est. patet a philosopho in libro de sensu ⁊ sensato. inquãtum vero homo est arte sanabile: a medico consideratur. ¶ Scias q̃ cum subiecto nihil plus attribuitur: q̃ esse principaliter consideratum: nihil habetur sapientie diuine aut intelligentiarum repugnans: sed cum principia aut proprietates considerant: aut demõstratiõe scientia acquiritur: iuxta diffinitionem scire habitus primo posteriorum textu cõmẽti. 5. aut sexto ethicorum capitulo quarto: tunc a sapientia recedimus: quoniam illa incomplexa est per intelligentiarum essentias: nedum cum ab intelligentia habetur: sed etiam cum ab homine possidetur: cum homo ad altũ sue nobilitatis gradũ ascẽdit. ut tertio d̃ aia cõmto. 36. colligitur. sed de hijs in libro de intelligentijs ⁊ de vniuersalibus satis dixi. Exquo patet quanta sit sapientie equiuocatio: cum ipsa per methaphisicales acquirit demõstratiões. Et cum per simplicium intelligentiarum assistentiam intellectui completur. ¶ Hijs igit sic logicaliter pertractatis ad particularia cõtrahendo redeo. Hoc subtractum homo est physionomie et chyromãtie subiectum: quia in illis est primo consideratum: huius subiecti partes essentiales ⁊ quiditatiue presupponuntur in methaphisica ⁊ naturali considerate. partium etiam integralium notitia ex naturali animalium dissectione duce Aristotele petenda est. ¶ Quod si dixeris bruta etiam physionomia iudicari posse: ⁊ sic ampliore subiecto q̃ homo sit opus esse. ¶ Respondeo animalium noticia chyromantie ⁊ physionomie presupponitur: ideo ex apparẽtibus in brutis proprietatibus ex determinatis causis ad proportionabilia proprietates ⁊ causas ⁊ signa se transferre potest naturalis ad particulares istas scientias condescendẽs vt scdo priorum capitulo vltimo tangit Aristoteles: quod si aliorum animalium iudicia quis afferre voluerit: ad capescendas alias artes se conuertat. quemadmodum neq̃ medicina: qua homo regitur: equi aut boues ab eorum egritudinibus curantur. ¶ In istis autem scientijs: regiones: montes: valles: artes: per accidẽs considerantur prout istis variabilia sunt signa: ex quibus homo iudicandus se offerebat. aut scdm quod istis hominum mores variantur: aut complexiones.

¶ Ratio autem formalis considerandi scientijs istis appropriata est: scdm quod natura bonus. ¶ Ex qua elicitur diuersitas cõsiderationis partium hominem integrantium inter naturalem methaphisicum ⁊ physionomum. quia philosophus naturalis eas secũdum quod partes hominis considerat: medicus vero scdm qd̃ partes hominis arte sanabilis sunt. vt ex Auerroe primo coll'ꝫ capitulo primo colligi potest. ſꝫ physionom⁹ aut chyromanticus hanc considerationẽ homini attribuit secũduꝫ quod bonus est natura. In ter membra tamen physionomus ⁊ chyromanticus discernunt: q̃ exterioribus interiora iudicant: ⁊ sic exteriora vt signa: interiora vero vt signata: comprehendunt. ¶ Istorum etiam membrorum complexiones compositiones ⁊ vnitates considerant physionomus ⁊ chyromanticus: ſm quod ex istis iudicandus est homo ſm quod bonus. vbi medicus ad hominem ſm quod arte sanabile est refert considerationeꝫ. subiectum enim in quod agit ars medicine est corpus hominis scdm quod est homo Auerrois scdo phisicorum cõmento. ꝫ. ¶ Attributum autem subiecto est contrarium rationi formali subiecti scilicet malitia ex naturali complexione aut compositione orta. hominis autem generatio ⁊ corruptio in altiore scientia cõsiderata sunt: vt scdo de generatione animalium comprehenditur. ¶ Ex hijs colligitur q̃ subiecti proprietatem non ponimus virtualem de ipso veritatum continentiam. ⁊ supponamus termini significationem. b. uirtualiter contineri ab. a. est. b. posse produci in esse reali vel cognitio ab. a. tunc neq̃ principia subiecti naturalia: vt materia ⁊ forma: neq̃ methaphisicalia: vt actus ⁊ potentia: neq̃ logicalia: vt genus ⁊ differẽtia: illo modo cõtinent diffinitum: aut passiõem diffiniti. quia non producunt aliquod eorum: neq̃ in esse

reali:neqz cognito: sed intrinsece subiectum constituant vel diffinitionem subiecti: ⁊ sunt ratio propter quam passio est in subiecto. Nō si diffinitio declarat diffinituz. septimo metha phisice: aut primo: aut sexto topicorum. hoc non est effectiue producendo: nisi ponas discursum in simplici itellectus formatione quo vnam simplicem noticiam aliam parere concedas. Nullius etiam scientie naturaliter inuenite assignatur subiectum non cōmune per p̄dicationē: neqz aliquod tale est species specialissima: nisi forte indeterminata scientie p̄te: aut in subalternata scientia: talia igitur subiecta sunt genera vniuoca aut analoga: ⁊ quo modocunqz sit: neqz iuxta fundam̄ta nr̄a: neqz opinionis oppositę scilicet Scoti sunt huiusmodi genera virtualiter continētia omnes veritates scibiles: quia apud me subiectū nō est causa effectiua scientie: que de eo est. vt dixi in libro de vniuersalibus: quia quidditas relucens in fantasmatibus nundum est vniuersalis in actu: quia ipsa nundum per intellectum agentem est abstracta: quia abstractio fit per translationem intentionis a sensu ad intellectum ideo omnis effectus ab ea procedens esset actu singulare. ergo nullum effectum ab ea recipere potest intellectus. qa tunc intellectus esset singulare: ⁊ non abstractum, eo quia singulariter reciperet intellectus. concurrit igitur obiectum ad causandum suā noticiam apud intellectum: sicut transferribile ab intellectu agente ad intellectum materialem: ⁊ sic quodammodo vt materia concurrit obiectum: sed noticia terminorum cū intellectu agente est sufficiēs causa intellectui materiali p̄o euidentia propō̄um per se notarū: quam euidentiam solet Auerrois naturalez appellare: quia ipsa habetur a nobis: ⁊ non per demonstrationem: vt primo posteriorum capitulo nono: ⁊ in fine secundi posteriorum ⁊ sexto ethycorū capitulo quarto habetur. dixit enim philosophus primo topicorum capitulo primo. Sunt autem vera quidem ⁊ prima: que non per alia: sed per se ipsa: fidē habent ⁊c. ⁊ tunc principiorum propriorum demonstrationis noticia cū intellectu agēte sufficienter continent virtualiter noticiam conclusionis: quam solet Auerrois voluntariam nominare: propter discursum: quem sequitur huiusmodi noticia: quo vti possumus ad vtranqz contradictionis partem concludendā ⁊ sic subiectum scientie non virtualiter continet illam noticiam. ¶ Secundo etiam apud eos: licet proprie passiones subiecto ab intrinsecis principijs subiecti constituti fluant: non tamen passiones proprie minus communium directe contentorum sub subiectis incōmunioribus illis virtualiter continentur: nō enim potentialiter continere est virtualiter cōtinere. natura enim gēnis actuabilis est per determinatam differentiam ad determinatam speciem: ⁊ tunc proprium fluit a differentia ⁊ genere simul: non autem a genere tantum: si enim proprium speciei naturam generis tantum sequeretur: tunc proprium illud non esset proprium speciei: sed cōmune illi ⁊ alijs eiusdez generis speciebus. Si tamen proprium speciei tantum vnum speciei principium sequeretur: potius differentiam q̄z genus sequeretur. quia vltima differentia cum specie conuertitur. non autem genus: ⁊ quia in constitutione speciei genus materialiter: differentia vero formaliter concurrit ideo fluxus proprij speciei a genere potius ad genus causę materialis reducendus est: q̄z effectiue ⁊ sic non est virtualis cōtinentia ⁊ ꝓportionaliter sicut de genere vniuoco dictum est: de analogo est intelligendum ipsum enim habz analogas species ad quas comparatur: sicut vniuocum vniuocas. ¶ Comparando etiam ꝓprium ad speciem cuius est proprium: quāuis esset proprietas virtualiter inclusa in subiecto: ⁊ veritas propositionis esset idēptitas extremorum: adhuc obiectum apud eos non est causa totalis effectus noticie: sed partialis: ⁊ non principalis: sed secundaria. ¶ Reuertamur non fluunt proprietates a differentia aut genere scōm q apud intellectuz sunt: sed secundum q extra intellectum sunt in singularibus: ⁊ sic rerum proprietates principia in re consequuntur. Optime enim distinguens Auerrois constituta super porphirio capitulo quarto dixit aggregatum generis ⁊ differentie est ipsa substantia rei secūdum qō in intellectu est: sicut substantia ipsius secundum q est extra intellectum est materia ⁊ soe

ma.hoc nota ꝓpter queſtionem de toto ⁊ partibus: ad ꝓpoſitum conſtitutoꝝ ꝓprietates ſm quod extra itellectum ſunt: materiam ⁊ formam ſequunt: ſed ꝓprietates i eſſe cognito non ſic neceſſario genus ⁊ differentiam cōſequunt quāuis cognita: quin alı unde ꝓprietatum cognitio haberi poſſit. qz tunc demōſtratiōi qz demeretur locus: in ea enim notū eſt antecedens: puta ꝓprietas: vbi conſequens ē ignotū. ſ. ꝓprietatis principiuz ⁊ ſic ꝓprietatis cognitio aliunde q̄ ex generis ⁊ differentie cognitione haberi poteſt: vt ex ſenſu q̄uis cognitio ſenſus non diſtinctaz det nobis cognitionē. ¶ Dicendum eſt igit dato q deum ponerent ſubm in aliqua ſcientia: aut aliquā ſpēm ſpecialiſſimā: ⁊ q ab iſtis non negaret virtualis continentia: adhuc nō eſſet ponenda virtualis continentia in diffinitione ſubiecti abſolute: quia ipſa aliquib⁹ ſubiectis repugnat: ſubiectis. ſ. per p̄dicationem cōioribus q̄ ſit ſpecialiſſimum: niſi dicerent alia non eſſe vere ſubiecta. ſed hec dicta doctrine philoſophi valde aduerſantia eſſe comperimus. Methaphiſica. n. ⁊ naturalis ſubiecta hñt p̄tiōe cōia: neqz Ariſtotelicū eſt ponere deum aut ſpeciē ſpecialiſſimā vnius totalis ſcie eſſe ſubiectū. qz nulla ſpēs ē que principio careat ſibi ⁊ alijs cōi. vltra enim principia ꝓpria ⁊ ꝓprietates ꝓprias: principia cōia ⁊ ꝓprietates cōes in ſpeciebus reperiuntur. quēadmodum neqz Ariſtotelicum eſt ponere q in aliqua ſpeciali ſcia ſubiciat genus vniuocum: ⁊ quod ad illam ſciam non pertineat illius generis ſpecies: erroneum. n. eſſet arithmeticum de numero determinantem de binario nihil dicere. qui omni alteri numero in actu preſuppoſitus eſt: Auerrois i2. methaphiſice cōmēto 60. ⁊ de numeris: ⁊ ō figuris. Et dato q ſpēs ſub genere contente dependentie ordinem non haberent: vt animalis ſpecies: niſi forte quedaz: vt mulus ab equo ⁊ aſino: adhuc palam vituperandus eēt determinās de aiali: qui omnem aialis ſpeciem preteriniteret. Similiter ⁊ de plantis.

¶ Quamuis autem methaphiſicus: generaliſſima conſideret ⁊ qdditatiue: ⁊ eorum ſpēs quidditatiue non cōſideret: niſi in vlī. ſ. in eo quod entia aut ſubſtātie. Non tamen conſiderat methaphiſicus generaliſſima ſm quod genera ſunt: ſz ſcdz q ꝓpter entis ſunt. ¶ Ne q3 phūs 5° methaphiſice diuiſionē generaliſſimorū enumerans ordinat p̄ñta. dixit enim Auerrois ibi commēto. 19. Nō intēdit hic phūs de ſpecieb⁹ q̄ſtitatis aut qualitatis ſm q ſunt p̄ñta: ſed ſolum modo intēdit enumerare intentiones: quas ſignificāt hec dictiōes quantitas ⁊ qualitas. ¶ Spectant igitur principaliter ad logicū p̄ñta: non autē ad phyſicū aut methaphiſicū. ⁊ ſic non ponēda ſunt tria p̄ñtorū genera. ſ. logicalia: naturalia: methaphiſicalia logicalia. n. ſufficientiſſima ſunt.

¶ Dico etiam quod ſz paſſiones a ſubiecti principijs efflurent: ⁊ principia ſubiecti eſſent formaliter clauſa in ſubiecto: non tamen ſemper facit ꝓprietas cū principijs ſubiecti propoſitionē per ſe notam: neqz ſubiectum cum ſuis principijs. aliquādo. n. paſſio nota eſt: ⁊ id quod eſt eius cauſa: ⁊ tamen propoſitio eſt ignota: vt videns eclipſim lune: ⁊ terre interpoſitionem inter ſolem ⁊ lunam: non cognoſcens lunam lumē ſuū bre a ſole: nō videt veritatem hāc. ſi eſt diametralis terre interpō ſoli ⁊ lunae: eſt lune eclipſis. Imo dato q ſciret lunam habere lumen ſuuz a ſole: ſtaret ipſum credere vmbraz terre vſqz in coelum attingere non poſſe. Iſte etiam propoſitiones: ignis eſt ex materia: ignis eſt ex forma: ſunt propoſitiones primi modi dicēdi per ſe: ⁊ tamen in naturali ſcia per ſe ſubiectū earum conſiderante: non ſunt per ſe note. ſed cōcluſiones a poſteriori tamē demonſtrate. ſ. p viam tranſmutatiōis: vt ſepiſſime dixit Auerrois contra Auicēnam ⁊ in phyſicis ⁊ in methaphiſicis principia eniz ſubiecti: quāuis a priori probari non poſſint: a poſteriori tamē probari poſſunt. ſcdo phyſicorum Auerrois cōmento. 22. ⁊. 12. methaphiſice cōmento quinto. ¶ Scias preterea ſubiectuz eſſe per ſe notum in ſcientia: dupliciter intelligi poſſe. primo q ſubiectum ante ſcientiaz ſit perfecte cognitū aut diſtincte. ⁊ hoc eſt falſum: quia tūc fruſtra elaborandum eſſet in ſcientie de ſubiecto illo adeptione. quia ante laborem in ſciētia: ſubiectum eſſet perfecte cognituz. ¶ Nō ſi adhuc ſubiecto p̄cognito elaborandum eēt: tunc alius error adeſt. ſ. ſciam ſubiecti eſſe ex

ornatinam noticie subiecti. quia scilicet passi ones sunt noticiam subiecti exornantes. Sz hoc totam Aristotilis doctrinam poneret in ruinam. voluit enim Aristotiles in demõstra tione scire simpliciter faciente q concludatur passio de subiecto. vtpz primo posteriorum. Ad scientiam igitur de subiecto aliquo diffi/ nibil pertinet diffinitionem illius essentialẽ declarare: si ignota sit: z propietates de sub/ iecto demonstrare: z pricipia subiecti: si ea ha beat subiectum: z ignota: ꝺclarare. aut in pri ori scientia declarata presupponere. sic igitur post scientiaz de subiecto habeť perfecta sub iecti cognitio: non autem ante scientiae illius adeptionem. Scꝺo mõ intelligi potest q an te scie acquisitionem subiectum sit imperfec/ te cognitum: puta quantũ ad suum quid no/ minis: z quantum ad suum esse: sic veruz est z est sententia philosophi primo posteriorum capitulo primo z capitulo nono. Si autez eẽ subiecti fuerit per se notum: bene est. Si autẽ non: oportet ipsum esse inuentum in scientia alia ordine doctrine presupposita illi scientie in qua datum subiectum subicitur: vt primo posteriorum dixit philosophus textu cõmẽti 24. philosophia enim naturalis suum subiec tum presupponit tanq̃z manifestum. s. corpus ẽm quod ex se mouet. cum enim dixit Com mentator ibi caliditatem z frigiditatem esse subiectum: intelligit corpus calidum aut fri/ gidum. sed methaphisica: quia in ea subicit genus intelligentiarum: quod non est per se notum esse: presupponit subiectum suum in/ uentum ab alio artifice s. a philosopho natu rali. ipsum enim per viam motus inuenit. z sic philosophia naturalis ordine doctrine me thaphisicam precedit: licet perfectione post/ ponat. Ut dixit Auerrois sexto methaphisi ce cõmento tertio. z sic non est naturalis scie tia simpliciter prior q̃z methaphisica: neq̃z eã sibi subalternat naturalis. q2 philosophia na turalis: licet probet substãtiam abstractam eẽ non tamen a priori probat: sed a posteriori. s. per motum. Quemadmodum etiam metha/ phisica suas veritates ad principia per se no ta resoluit: ita etiam naturalis. cuius etiã pri/ cipia subiecti sunt irresolubilia. s. prima mate ria: z primum mouens: eis enim nibil prius est in suis generibus cognitum. Et hec non sunt scientiarum subalternatarum cõdiciones vtpz primo posteriorum textu commenti 30. Est igitur ens presuppositum de subiecto: nõ autem condicio subiecti. noticia igitur subie cti noticie principiorum complexorum scien tie propriorum presuppositа est confusa z nõ distincta: presertim si subiectum illud fit con fuse cognoscibile ideo notitia subiecti distinc ta: cum ipsum diffinibile fuerit: per essentia/ lem eius diffinitionem venari potest. quam/ uis quid nomine subiecti importatur: presup ponatur: vt primo posteriorum dixit philoso/ phus textu commenti secundi: z capitulo no no. ideo aliquando diffinitum est per se notũ esse: z diffinitio non. vt de motu: loco: z tem pore contingit tertio z quarto physicorum.

Hec determinatio: que est contra volentes demonstrare subiectum esse: saltem a posteri ori: dicitur primo posteriorum ab Aristoti/ le z Auerroe textu z commento. 24. z secun do physicorum cõmento. 26. z. 12. methaphi sice cõmento quinto. ¶ Noto etiam q equi uocatio abiciens a pñto est latior q̃z equiuo/ catio excludens ab hoc vt de aliquo sit scien tia: quia omne dicibile de multis secundum diuersas rationes eius est extra predicamẽtũ Sed dicibiliuz secunduz diuersas rationes: quedam rationum habent ad rationem alte/ ram attributionem. vel illa quorum est ratio vna attribuuntur ad illa: quorum est ratio al tera. z talia scibilia sunt. z propter hoc dixit Auerrois secundo physicorum cõmento pri mo q nemo potest facere melius q̃z Aristoti les in diffiniendis analogis: cuiusmodi erat natura: de qua tunc loquebatur Auerrois: ponens in diffinitione eius terminos analo/ gos: vt pricipiuz analogice dictum de mate/ riali z formali: z formale de abstracto z mate riali. z materiale principium de materia in actu z in potẽtia. z mã in potẽtia ꝺ pria z ba. Si enim quis melius faceret q̃z Aristoiles tunc analogorum diffinitiones per terminos vniuocos explicaret: sed sic facere nõ est pos/ sibile: quia tunc diffinitio non conuerteret cũ diffinito. nisi tanti ambitus esset terminus vniuocus cum analogo. quod non est possi/ bile: quia tunc illa analogata per diffinitionẽ

vniuocaꝫ essent sub diffinito vniuocata: ⁊ nō analogata. ⁊ sic diffinitum esset vniuocum: ⁊ non analogum. Et sic patet ꝙ aliqd est analogum quod rationem habet analogam: ⁊ aliquod est analogum: quod rationem non habet analogam: sed multas habet rationes: q̄rum vna ad alteram attribuitur. ¶ Ens enim propter sui transcendentiaꝫ diffiniri nequit: neqꝫ describi: sed substantia ⁊ accidens proprias descriptiones habent: quarum ratio accidentis substantie attribuit. natura autem non sic. Sed equiuoca quorum rationes ordinem non habent: ad vnam scientiam nō pertinent. Quarto methaphisice cōmento secūdo. ideo equiuocatio ō qua in p̄dicamētis Aristotiles cum vniuocatione medium non habet: quia inter habere vnam ratiōem: ⁊ nō habere: mediare: esset inter contradictoria mediare. habentia enim vnam rationem: scōm quaꝫ de significatis suis dicātur: sunt in pūto ⁊ non habentia eam: non sunt in pūto: intelligē vniuoco: ⁊ sub non habentibus rationem vnam analogam rationem habentia comprehenduntur. Et vniuocationis vnitas ab elemēti vnitate originē sumit. Sed equiuocatio in methaphisica cū vniuocatione predicamētali medium habet. s. analogiā. Est enim equiuocatio in methaphisica pluralitas rationum nominis ordinem adinuicem non habentium. ⁊ talis equiuocatio excludit a scientia. tale enim equiuocum non est scibile per vnam scientiam tanqꝫ subiectum scientie vt dixi quarto methaphisice cōmento scō. non enim a tali subiecto sciētia vnitatē trahere posset. Subiectū igitur scientie debet eē vnū vnitate analogiae vel vniuocationis.

¶ Sciendum tamen ꝙ nō omne primū analogatum est subiectum primuꝫ attributiōe in scia de analogo: non eni sufficit attributio secūdi mēbri analogie ad primum: vt primum membrum analogatum sit subiectum primū in scientia. Corpus enim ex se mobile est analogum ad spirituale ⁊ materiale: vt in libro ō orbibus plene declarauit: ⁊ tamē in naturali philosophia: cuius subiectum primum ⁊ adequatum est corpus: scōm quod ex se monet non est subiectum primum per attributionem corpus spirituale: puta coelum: sed ipsum est subiectum secundum contentum sub primo: sicut minus cōmune: ⁊ sic ipsum est subiectū particulare: sed nō adequatum scie: sed excessum a scientia: ⁊ hoc est: quia non dīr sublūaria corpora mobilia eo q̄ sit coelum corpus mobile vtpꝫ infra. Sed ens: quod est subiectum in methaphisica: analoguꝫ est ad substātiam ⁊ accidens est enim primum cōitate. ⁊ quia accidens constituitur in esse p substantiam: ideo substantia in methaphisica est subiectum attributione primum: vt dixit Auerrois quarto methaphisice cōmento secūdo: nō autem substantia est subiectum primum attributione: quia ipsa sit agens aut finis accidentium: sed quia vniuersaliter accidētia nō sunt entia: nisi quia sunt entis. vt septimo methaphisice textu ꝯmenti scōi. ⁊ 12. methaphisice textu cōmēti tertij dixit philosophus. Similiter si sciētia esset de sano: aī sanum esset primum attributione: quia non dicuntur alia sana: nisi propter animalis sanitatem scilicet quam efficiunt: conseruant: aut significant. aut aliud hmōi. ¶ Vltimo quātū ad hec generalia addo: cuꝫ subm̄ diffinit: expte diffiniti one ꝯdictiōes ponunt. s. primū ⁊ adequatū: sunt igit i scia subiecta prima: ⁊ scōa: ut in scia de gñe vniuoco: subm̄ hꝫ sunt spēs sub illo gñe cōtēte: ut arithmetice subm primū est numerus i actu vel in potētia: hm vo nūeroꝝ spēs. subꝫ aūt i scia primū triplicē hre pōt primitatē. cōitatis: vt ens in methaphisica: attributiōis: ut suba in eadē: principalitatis vt genus subaꝫ abstractaꝫ ēt in eadem. primitas cōitatis regrit i scia adequationē: sic ꝙ de q̄buscūqꝫ essentialr p̄dicat subm: illa in scia p se ꝯsiderāt i eadē vt subta: ⁊ eō. s. ꝙ oia i scia ꝯsiderata vt subta eēntialē illi⁹ gñis recipiāt p̄dicatiōeꝫ: qō ponit subm primum cōitate.

¶ Ex hoc patet quare philosophi ad cōceptum anime communem per predicationem non aduertentes: neqꝫ aduertēr debentes: subiecta suarum scientiarum in plurali nominant: ⁊ particularia subiecta nominant. vt Auerrois i prohemio primi physicorum scilicet res sensibiles: q̄ nāli subiciunt. Et p° methaphisice ꝯmento. i9. subiectum Astronomie: ⁊ in primo physicoꝝ ꝯmento vltimo s hās abstractas: que methaphisico subiciūt.

Et hoc maxime fieri potest cum huiusmodi subiecta non sunt eadem scdm naturã: sed eadẽ sint sermone vniuersali. iuxta modũ loquẽdi Auerrois. 12. methaphisice cõmento. 27.

¶ Ex hijs etiam sequitur ꝙ non est ponendum subiectum cõmune in scientia: quod p̃dicetur: de subiecto: principijs: ⁊ passionibus quemadmodum dicunt aliqui ꝙ res naturalis subicitur naturali: tanq̃ꝫ subiectum commune per predicationem: de naturato: de natura: ⁊ de accidentibus scdm naturam. quia subiectum cõmune predicari debet de subiectis particularibus: non autem de principijs subiecti aut passionibus. qꝛ intrinsece constituentibus ⁊ constituto nõ est aliqd cõe vniuocum: quia alterius rationis sunt prima simplicia ⁊ constituta: elem̃ta enim mixtorũ non sunt principia prima: ⁊ vniuocantur licet diuersum esse habeant extra mixtionem ⁊ immixtione. ¶ Adequatio autem subiecti attributionis non requirit cõmunitatem predicationis de omnibus subiectis ibi. sed sufficit illud ibi subici: ⁊ primo recipere p̃tõꝫ subiecti per cõmunitatem: ⁊ aliud quod in eadem scientia subicitur: recipit p̃dicationem subiecti primi cõmunitate per attributionem ad illud: quod ponitur primum attributione: sub̃a enim in methaphisica: in qua de omni sub̃a cõsideratur: est primuꝫ recipiens entis predicationẽ: ⁊ accidens ibi consideratũ tanq̃ꝫ subiectum secundarium alteri attribuibile: recipit entis predicationem: qꝛ ipsum est entis scilicet substantie affectio: non quia sub̃a d̃ accidente essentialiter predicetur: nisi ad diffinitiones datas per additamentum essentialem extendas predicationem. ¶ Exquo patet quomodo primitas subiecti ꝑ cõmunitatem cum primitate subiecti per attributionem nõ coĩcidunt: sed ꝑm magis ⁊ minus commune se habent. ¶ Sequitur etiam ꝙ licet corpus spirituale sit cã efficiens producens vel conseruans: ⁊ aliquo modo finis corporum materialium: non tamen dicitur subiectum primum attributione in naturalibus: quia non recipit corpus materiale predicationem corporis ex se mobilis: quia ad spirituale corpus attributionem habeat: sed per propriaꝫ naturam ⁊ sic patet ꝙ non omnis attributio subiecti vnius ad alterũ in scientia sufficit ad hoc vt vnũ sub̃ꝫ sit primũ ꝑ attributiõeꝫ ĩ ea.

¶ Ex hoc patet quõ in subiectis per se in scientia consideratis vnius ad alteruꝫ potest eẽ attributio: ⁊ tunc si principia ⁊ proprietates subiecto attribuentur: erit omnium in scientia attributio ad subiectum datum: sed alterius rationis ponenda esset principioꝝ aut passionum attributio ad subiectũ: q̃ꝫ que dicta est.

¶ Sed pro primitate principalitatis sciendum ꝙ ad hoc vt aliquid sit subiectum primum principalitate: non sufficit ipsum esse ꝑfectius inter alia: que in scientia subiciuntur: sed requiritur dependentia aliorum subiectorum ab illo: quod ponitur primum principalitate vnde ab intelligentiaruꝫ genere alia entia omnia in methaphisica cõsiderata vt subiecta dependent: ideo bene ponitur genus intelligentiarum in methaphisica subiectũ principalitate primum. Similiter in scientia naturali corpus spirituale scilicet coelum est principalitate subiectum primum quia ab eo oĩa alia in naturali subiecta dependent. intelligẽtie enim quamuis a coelo non dependeant: hoc non impediunt: quia ipse non sunt subiectum in naturali: sed sunt principia subiecti. Tum etiam coelum: quod ẽ particulare subiectum in naturali: non est orbis tantum: sed ipsum est animal coeleste. ⁊ sic ipsam intelligentiam non excludit: quam tamen esse inclusam methaphisicus habet declarare cum declarat primum motorem a naturali inuentum esse primam formam. ¶ Exquo sequit̃ ꝙ scientie habentis genus vniuocuꝫ pro subiecto: non oportet illius generis perfectioreꝫ spẽm subici in scientia illius generis: tanq̃ꝫ subiectum principalitate primum nisi ab ea specie alie species generis illius dependerent: ut numeri a binario: aut figure a circulo: aut rectilinee figure a triangulo.

¶ Et sic sequitur ꝙ in scientia de animalibus homo non est principale subiectum: licet aliquo modo ponatur homo finis aliaꝝ specierum animalis sensibilis: ymo quorũcũq̃ꝫ sublunarium secundo physicorum textu cõmenti 24. materialia enim solum in homine cũ deo glorioso cõiungi possunt. quia in mente illius deum possunt inuenisse ⁊c. qꝛ homi-

ne non indigent alie species in suo esse aut conseruari: saltem reali. ¶ Sic etiaz libri posteriorum non est subiectum principale demonstratio propter quid: aut simpliciter: et consequenter neqz in tota logica: quamuis ista sint perfectiora sub syllogismo aut demõstratione contenta: quia ab eis alie demonstrationes non dependent. ¶ Quod si ad esse principaliter intentum solum modo aduertis: tunc multa subiecta pones in vna sciẽtia principalia: vt inter demonstrationes: demonstrationem propter quid: inter demõstrationes propter quid: demonstrationem simpliciter. quemadmodũ inter vegetabilia animalia sunt meliora: z animalium rationale. ¶ Quod si dixeris quomodo stat primitas predicationis cum analogia: quia analogis non respondet quidditas essentialiter participata a suppositis. ¶ Rño licet analogũ non haberet vnum significatũ extra sed multa: adhuc essentialiter predicabile est: teste Auerroe quarto methaphisice commento secundo dicente. z dispositio in hoc modo generis est sicut dispositio in genere quod dicitur vniuoce. quia predicabilia essentialia inueniuntur in hoc genere: quod dicitur multipliciter: sicut inueniuntur in genere: quod dicitur vniuoce: sed hoc non inuenitur in genere quod dicitur equiuoce zc. diuersitatem inter huiusmodi essentiales predicationes in libro de elementis declarauit: dũ ỏ plitate formarum in composito disputarem: dictum etiam est supra terminos analogos aliquãdo esse diffinitum: z consequenter terminos diffinitionis esse etiam analogos: inter diffinitum autem et diffinitionem essentialis cadit predicatio. ¶ Alia est adequatio in ratione formali: vt ratio formalis considerandi restringat subiectum ad certam scientiam: aliarum scientiarum considerationem de eodem excludendo: z istam adequationem intelligim9 cum dicimus subm non transcendere metas scientie. ¶ Cum igitur in hys particularibus scienti)s loquimur dicentes q̃ homo est subiectum intelligimus primum primitate cõmunitatis z etiam attributionis: cum autem dicimus scõm q̃ natura bonus: explicamus rationem formalem considerandi: ratione cuius appropriatur homo istis scientys: z ab alys hominem considerantibus remouetur. sed iste scientie subiectum non habent principalitate primum. quia non dependent homines vnus ab altero inesse z cõseruari nisi per accidens. ¶ Ideo non ponitur temperatissimus homo subiectum hic: neqz in medicina: neqz cõitate: neqz attributione: neqz principalitate: quemadmodum instissimus: ea quam matrem virtutum appellamus: ponitur in moralibus scienti)s subiectum. ¶ Ex hi)s sequitur q̃ aliquod ẽ subiectum primum predicatione: quod non est primum attributione: vt in methaphisica ens. Et aliquod est primum predicatione z attributione: vt phyloſophia naturali corpus ex se mobile: intelligendo attributionem nõ vnius particularis subiecti ad alterum: sed aliorum a principaliter consideratis vt quiescibile zc. ¶ Secũdo aliquod est subiectum primum attributione: z non predicatione: vt in methaphisica substãtia: nõ eniz pr̃ suba de accidentibus: neqz de principi)s complexis. ¶ Quod si suba constituens inesse accidentia esset subiectum methaphisice: quemadmodum docet Auerrois: tunc asserendum est q̃ aliquod subiectum primuz primitate principalitatis non esset contentum sub subiecto primo primitate attributionis: sub substãtia enim constituente accidentia inesse non continetur genus intelligentiarum apud Auerroim: nisi poneres q̃ constituere accidentia cõueniret subiecto per attributionem non primo sed ratione inferiorum sub eo contentoz. ¶ Ad particularia igitur magis accedentes premittamus q̃ triplex est bõitas primo ethicorum capitulo. io. animi. corporis: fortunae: Dia hec bona sub ratiõe formali subiecti istarum sciẽtiarum comprebẽduntur. z sic ratio formalis subiecti est analoga per prius dicta de bonis animae: scõo corporis: tertio fortunae. bonum animi duplex intelligitur: cognitio: virtus: inter cognitiones: sensitiua: z intellectiua: comprebẽdũtur. virtus autem est bonum appetitus: z apud Aristotelez z Auerroim: nõ intellectiui: non enim in deo aut angelis virtutes apud eos inueniuntur. vtz. x°. ethycorum capitulo. io. sed sensitiui. q: sen-

sitiuus est ille cuius sunt passiones a rectitudine diuertentes: vt ira: odium &c. ideo illis frenum est iniungendum. non autem rationi: recte enim semper deprecatur ratio ad optima primo ethicorum capitulo decimo octauo. ꝛ quia ista sunt de hijs que accidentaliter acquruntur: de hijs non est iudicandum nisi secundum q̄ conformiter ad corporis inclinationē haberi possunt. Ad hoc propositum cum secunda technis Galenus de naturali cordis complexione loqueretur per signa ex moribus iudicanda dixit se non loqui de moribus per philosophiam exercitatorum. Sed principaliter sermo est de moribus in quos homo ex naturali sua complexione aut compositione inclinatur: & etiam ad fortune bona p̄paratur. huic sententie attestatur ℙhilosophus in libro de secretis secretorum cum faciem hypocraticam dixit ostendere morum malitiam: cum tamen ipse esset bonus. vnde homo etiam ex accidentali tristitia nō est melancolicus iudicandus. Timentes enim aliquando fortibus similes in colore inspicim⁹ exangui remanente facie: ob sanguinis & spirituum reuocationem factam ab anima affectionem in corde percipiente.

¶Mores autem in quos homo ex naturali complexione homo inclinatur ex sanguinis natura magna ex parte accepti sunt. dixit enim philosophus secundo de partibus animaliū profecto naturam sanguinis causam esse cur per multa animalibus veniant: tum per mores: tum etiam per sensum: ratio est: materia enim totius corporis est: quippe cum alimē tum materia sit: sanguis autem vltimum alimentum habeatur. facit igitur vt plurimum differentie existat: si calidus: aut frigidus sit: si tenuis aut crassus: si turbidus: aut nitidus.

¶Ex hijs sequitur q̄ per rōnem formalem subiecti non intelligimus diffinitionem illius essentialem est enim aliqua scientia cuius subiectum nullo modo declarari potest. s. methaphisica scilicet ens hominis etiam diffinitio essentialis ad naturalem spectat: non autem ad medicum: neq̄ moralem: neq̄ phisionomistam: ymo in subalternatis scientijs addit̄ subiecto differentia accidentalis: vt arte sanabile: quod est ratio formalis considerandi hominem in medicina: homini superaddit quid non sibi essentiale: similiter bonitas facit. vnde sanitas: que bonum est corporis: bonam dicit complexionem: bonam corporis compositionem: & bonam partium vnitatem. in quibus accidentalia inseruntur.

¶Est igitur ratio formalis in proposito ratio sub qua aliquid in scientia consideratur: & vbi esset aliquid quidditatiue proprie considerandum replicandum esset nomen subiecti: vt homo inquantum homo: non autem diffinitio: vt homo inquantum animal rationale: nobis etiam notius est nomen diffiniti q̄ diffinitio primo ℙhysicorum texu commenti quinti. & presuppositum est aliquando nomen diffiniri: vbi diffinitio est inuestiganda. ¶Ex hoc patet q̄ alienum est a veritate velle q̄ omnis propositio composita ex diffinito & diffinitione sit per se nota: quod apud scotizantes notissimum reputatur.

¶Sciendum etiam q̄ plus potest chyromāticus aut phisionomista super accidentali iudicanda corporis bonitate: aut fortune: q̄ super animi bonitate. propter esse minus directe suppositam coeli influxibus animam q̄ corpus: aut q̄ bona exteriora. hoc voluit philosophus in phisionomia maiore volēs non esse discrebile per exterius apparentia: si fortes grammaticus sit: an rhetor: nocis enim proprium est hoc indicare: accidentia enim anime: secundum que simul transmutantur anima & corpus: indicari possunt. vt dixit Aristoteles secundo priorum. vbi Auerrois notum est q̄ accidentia non naturalia nō faciunt vestigium nisi in anima: sicut si quis scit artem musicam: habet vestigium in anima: sed non habet vestigium in corpore ex ea.

¶Sciendum est etiam q̄ malitia quamuis contraria sit bonitati: non tamen ipsa cadit in ratione formali considerandi subiectum in hijs scientijs: sed bonitas sola. malitia autē est de attributis subiecto: & est de hijs que p se ꝛ secō ꝓsiderāt: aut p accīs: iuxta

modum loquendi Aristotelis nono metha-
phisice textu cõmenti.3. nõ enim quiescere ca
dit in rõne formali subiecti philosophie natu
ralis: quãuis moueri sit ratio formalis consi-
derandi corpus in naturalibus. Similiter sa
nitas est finis medicine: ideo ab ea rõ forma
lis considerãdi sumitur. s. sanabilitas per artẽ
ideo eg° tabile in ratione formali subiecti me
dicine cadere non potest. de hoc alias.

¶ Ex hijs elitio primo ꝙ philosophia ⁊ chy
romantia sunt scientia. habent enim subiectũ
quod est homo secũduꝫ ꝙ natura bonus: pri
cipia autem sunt talis complexio tales boni-
tates vel malitias ostendit. vt sanguinea libe
ralitatem: colerica iracundiaꝫ: melancholica
timiditatem: flegmatica pigritiam aut somno
lentiam ⁊c. Istis enim physicalibus prin-
cipia propria istarum scientiarum confir-
mantur sunt igitur hec principia commu-
nia. Sed propria sunt talis vel talis mons
tali vel tali influxui coeli correspondet vt
mons digiti medij Saturno: anularis So-
li: indicis Joui. ¶ Quod si in aliquo mon-
te sit discordia? cui planete mons ille respon
deat: tunc ad inductionem ex sensatis recur-
rendum est: ex quibus alia scientiarum prin-
cipia: que ex proprijs terminis euidentiam
non habent: accepta sunt: vt dixit philoso-
phus sexto ethicorum capitulo quarto. pas-
siones autem homini attribute sunt speciales
bonitates aut affectiones: positiue per boni
presentiam aut negatiue: vel priuatiue per
boni absentiam: vel contrarie per mali pre-
sentiam: malitia enim passio est: ⁊ potest de
subiecto particulari concludi: quamuis non
sub ratione formali considerandi contẽta sit.
sufficit enim ꝙ ad eã habeat attributionem.
Cuꝫ igit' habeat phisionomistata: subiectuꝫ:
medium: ⁊ passionem: potest ipse demonstra
tionem errigere: ⁊ disciplinam in discipulo
generare.

¶ Quod si dixeris subiectuꝫ esse corruptibi
le: ergo non scibile. patet ꝯña ex primo poste
riorum ⁊ sexto ethicorum.

¶ Respondeo negando consequentiam: qꝛ
corruptibilia duplicem partem habent: mate
riam: ⁊ secundum hanc corruptibilia sunt: ⁊
non permanent. aliam partez habent scilicet
formam ⁊ tunc secundum formaꝫ permanẽt:
⁊ scibilia sunt. licet forma habeat duplex esse
singulare: ⁊ secundum hoc esse non scitur in
diuiduum. vniuersale: secundum hoc esse
scitur indiuiduum dixit enim Auerrois pri-
mo methaphisice commento sexto. sensibilia
quedam sunt non transmutabilia essentialiter
sed permanentia scilicet forma: quedam sũt
transmutabilia semper scilicet materia. ideo
de eis vniuersales fiunt propositiones neces
sarie: ⁊ sic voluit philosophus primo posterio
rum textu cõmenti septimi. 15. 17. scientiam
esse necessariorum: ⁊ non corruptibilium.
Istarum autem necessariarum per se note
sunt principia: sed non per se note sunt scibi-
les. ¶ Quod si dixeris infinitas lineas non
reduci ad artem.

¶ Respondeo quemadmodum Astrono-
mus principalium astrorum cognitionem ha
bens satis loquitur de futuris: quamuis in-
numerabiles sint alie stelle ab Astrologo: q̃-
rum nullam habet perfectam cognitionem:
ita chyromanticus per principales lineas iu
dicium fert: multarum aliarum non principa
lium noticiam non habens: facilius tamen
superabilis est defectus istarum scientiarum
q̃ꝫ astronomi. ¶ Quod si dixeris ꝙ de line-
is proprietatem indiuidui sequentibus iudi-
cari non potest: ⁊ ita Chyromanticus non
bene iudicat. quia tales lineas non cogno-
scit. ¶ Respondeo medicus complexionem
secũdũ formã cognoscẽs: ⁊ non complexionẽ
secũdũ materiã: vt in pluribus bene iudicat:
⁊ tamen in suo iudicio certitudinem nõ habꝫ
mathematicam: ita neqꝫ Chyromãticus in
suo iudicio per acribologiam mathematicam
regulatur. ipsa enim non in omnibus expe-
tenda est. secundo methaphisice textu cõmẽ-
ti. 16. disciplinati est in tantum certitudinem
inquirere secundum vnum quodqꝫ genus in
quantum natura rei recipit primo ethicorum
capitulo secundo. ⁊ in eodem primo capitu
lo io. meminisse autez ⁊ predictoruꝫ oportet:
⁊ certitudinez non in omnibus similiter ex-
quirere: sed in singulis secunduꝫ subiectam
materiaꝫ: ⁊ in tantuꝫ inquantuꝫ est propri-
um doctrine. hec autez naturalia multe ma-
terie immersa sunt. vnde variabilia sunt.

ymo de istis proprietatibus occultis loquēs Auerrois primo cāticorum cōmento. 31. dixit ipossibile ē cognoscere proprietates p̄ modum syllogisticū: nisi sciremus p̄cise quātitates elementorum in quolibet entium: ⁊ nisi etiam sciremus operatiōem egredientem a qualibz proportione generata in quolibet: secundum quantitates elementorum in eis existentium. hoc autem nobis est ignotum: neq; possibile est inueniri ab homine: cum sit infinitum: ⁊ fine carens. ¶ Ad̄ si dicas propositionem iudicatam a chyromāte esse cōtingentem ⁊ nō scibilem. s. iste irascitur. ergo chyromanticus non est sciens. ¶ Respondeo nō vale t consequentia. quia vniuersali necessaria iudicant quam intellectu concipiunt. puta omnis sic lineatus naturaliter faciliter irascit. cuius vniuersalis. b. minore sensu accepta: infert singularem 3°nem. sic iste est sic lineatus: ergo naturaliter faciliter iste irascitur. ō monstrata igitur 3° est vniuersalis: sed 3° iudicata de singuli extra singulis est. demonstratio igitur est ois. colericus ē iracūdus. ois sic lineatus ē colericus ergo omnis sic lineatus est iracundus: maior est suppositia ex philosophia naturali ⁊ minor est in chiromātia ex experientia collecta. ¶ Corrolarium secundum chyromātia ⁊ physionomia naturali philosophie subalternantur. p̄z quia earum subiectum ē homo: qui est secundarium subiectum in philosophia naturali: ⁊ sic accipiunt subiectum ab ea: secundo eidem subiecto ipse addunt accidentalem differentiam: puta bonitatem. Tertio iste sua principia capiūt a naturali. ¶ Ad̄ si dixeris eas mathematice subalternari: quia de lineis considerāt. ⁊ sic illis subiectū prebet geometria: ⁊ non philosophia. ¶ Respō deo negando consequentiā q; scie iste lineas cōsiderant vt signa per que iudicāt: nō autez vt subiecta. neq; linee in eis mathematicam habent abstractionem: neq; mediā inter naturalem ⁊ mathematicam: sed cōtracte ⁊ in materia naturali considerātur linee. vt. s. in manu vel facie ⁊c. Tum q; cōsideratur linea vt cōiuncta quātitati sensibili: puta qualitati prime vt caliditati: ⁊ secūde vt colori: quod mathematice repugnās est consideration: ⁊ medie inter mathematicam ⁊ naturalem: vt secūdo physicorum textu cōmenti. 12. colligitur: ⁊ 20. Tum etiam linea mathematico subiecta latitudine carēs ē ⁊ profūditate: quia mathematicorum linea in conceptu est. Ista; autē scientiarū linea non est carēs latitudine ymo bm q; lata vel exilis consideratur: ⁊ bm q; p funda vel eminēs: ⁊ bm q; longa vel brevis: ⁊ bm varias illius disp̄oes varie signans est: ⁊ varia iudicātur. ideo potius lineamēta hec q̄; lineas appellare cōsueui secūdū etiam q; in materia naturali sunt huiusmodi linee cōsiderātur. s. bm q; sunt in facie naso oculis ⁊ huiusmodi. ⁊ sic naturalem habēt considerationem: ⁊ quemadmodum i istis sciēti)s subiectum nō est mathematicum: ita neq; ratio formalis subiecti mathematicam sapit abstractionem: nō igitur mathematicis subalternantur iste sciētie. principia autem que a naturali philosopho accipiūtur: sunt. bō ex materia ⁊ forma 3ponit. s. intellectu ⁊ corpore debite organizato: ⁊ q; in materia al'r ⁊ al'r disposita aliter ⁊ aliter apta est forma operari: p; facta sola variatione de sano ad egrum aut ecōtra: aut ad ebrietatem. q̄uis corpus esset sanum aut ex corporis cita ⁊ stricta circūgiratiōe. ⁊ tūc patēs est in operationibus notabilis variatio. materia enim formam de illius potētia eductam naturalibus afficit disp̄onibus.

¶ Alia etiam propinquiora recipit. Complexionem siccaz esse causam asperitatis cutis: humidam autem mollitiei. ⁊ sic de alijs: puta tēperataz crasim hec signa cōmitantur distēperatā autem alia: ⁊ q; octo sunt distemperate complexiones: ad quas corpus būanum labi potest: ⁊ bm naturaz ⁊ accidentaliter seu preter naturam: vel melius quattuor. bm q; dixit Auerrois 6o coll'z capitulo p̄io nō enim datur i natura simplex corpus calidum tantuz: neq; humidum tātū ⁊c. ⁊ tertio coll'z capitulo primo difficile ē imaginari egritudinem materialem esse simplicem. Sed clarius primo canticorum cōmēto. 264.

¶ Principi)s ēt mathematicis iste scientie adiuuantur: puta astronomicis: puta coelum in tali positiōe bm stellas fixas ⁊ erraticas talem vel talez effectum imprimit in babēte talem vel talem coeli partez in ortu vel in alio dominanti loco. ¶ Exptum est autez bonā

montis indicis dispõnem in rebus iouis bo nam indicare dispõnez: ꝛ malam malaz. pro portionaliter de monte Saturni: ꝛ sic de alí is dicẽdum. Et tunc chyromanticus suam scientiam compleat istorum expertorum cau sas inueniendo ¶ Scientias autem se inui cem adiuuare ꝛ mixtĩ tradi: manifestũ ẽ i plu ribus scientijs praticanti: pro qua mixtione facienda aduocati sumus ad scribendum.

¶ Elitio tertio moduz arguendi quo iste sci entie vti possunt: demõstratiõe eniz q ꝛ a si gno procedente vti possunt: puta linea sola ris ẽm longitudinem latitudinem ꝛ profun ditatez bene dispositaꝛ secundum colorem et bene sita: ꝛ non impedita ibi: neqz alibi ẽ contra operantia: ergo talis cum dominis et principibus gratiam habere aptus est. vel si ipsam conclusionem vt i pluribus cõtingẽtẽ volueris: ergo talis cuz principibus ꝛ domi nis gratiam habet. similiter a signo comitan te argni potest econtra: si cui contingat notuz esse consequẽs experiẽtia: ꝛ antecedens igno tuz. Vbi sciendum q a virtute formatiua foe tus operante secũdum determinatã comple xionez in determinatã materiam cadũt iste li nee manus aut frontis ꝛc. sunt eniz casus cõ plexiõis: ꝛ quedaz sunt linee compõis: quia forma cõpõ est: que lineis clauditur. a virtu te etiam mediãte cõplexione fiunt operatio nes: ꝛ aptitudines ad operanduz: procedere igitur a lineis ad operationes: aut operatio num aptitudines: est procedere a signo cõmi tante. Sed iste processus in duos resoluitur: quorum primus est a posteriori: secundus ve ro a priori. primus: habetur data linea puta solaris ꝛc. ergo cõplexio habetur solaribus vi ris conueniens. argumẽtum est a casibus cõ plexionis ad cõplexionẽ a qua cadũt. secun dus a priori. Cõplexio habetur solaribus vi ris conueniens: ergo habens cõplexionẽ illã illis placere aptus est aut placet. cõplexio. n. est causa imediata huiusmodi aptitudinum.

¶ Intulimus etiam conclusionem vt in pluribus veram propter causas naturales: q impediri possunt: licet eas impediri raro con tingat vt in fine quarti de generatione anima lium dixit Aristoteles ꝛ sic non cogit liber tas: neqz cause naturales a suis effectibus naturalibus frustrantur. ¶ Astronomorum enim quidam cum assumunt coelum necessi tare homines i suis operibus: statuunt sibi principiũ falsum: cuius oppositũ in naturali philosophia demõstratiue conclusum est: p na turam materie habentis formam: cui contra rium est: vel per se vel per accidẽs: materia enim origo est cõtingentie vt in libro de orbi bus dixi. ¶ Aristoteles ẽt primo pyberme nias: vt a rebus cõtingẽtibus futuris necessi tatem auferet in eis dixit non esse determina tam veritatem ꝛ in hoc parcat mihi gregori⁹ ariminẽsis: aliud enim est datis cõtradictori is in singularibus cõtigẽtibus futuris nõ es se veritatem: ꝛ non esse determinatam verita tem: cõceditur enim in illis veritas: cum dis iũctiue cõtradictoria coniungũtur: vt testa tur philosophus ibi. Cuz quo stat in illis nõ esse veritatem determinatam: quia nõ est in aliqua propositione determinata veritas: cuz illius possibilis est mutatio in falsitatem. sic autem est in talibus: licet enim hec sit vera antichristus erit: non tamẽ determinate: quo niam eius possibilis est falsitas. neqz prouí dentia diuina eam necessitat. quemadmodũ neqz visio mea: quãuis esset i fallibilis: te ne cessitaret ad sedendum neque non sedendũ: dum te sedentem vel non inspicerem. Et hãc sententiam habet Auerrois in commento di cens: sed in materia contingenti in rebus fu turis: ꝛ ipse diuidũt verum a falso. quia opor tet vt inueniatur vna duarum contradictoria rum in eo futurum: sed nõ determinate in se Verum secũdum q sunt natura ipsarum ex priuatione determinatiõis: sic sunt ipse apud nos. ꝛ propter hoc non est possibile: vt deter minetur in hoc genere scientia: qum ipsa sit res ignota ꝛc. distinguendum igitur est inter preteritum ꝛ presens ex vno latere: et fu turum ex alio: quia licet veritas presens etiam sit possibilis esse falsaz pro presenti: ẽ tamen sic determinata ad veritatem: q ipsa iam agẽtium mutãtium variabilitatem effu git: ꝛ veritas preterita etiam magis: sed futura adhuc istabilitatem habere videntur: quia agẽtia causas impediẽtia possũt aduẽ re: ꝛ futurum alias a sui futuritiõe diuerte re. taceãt igitur qui de philosopho in hoc ob

loquuntur: quoniã ipsum aut non intelligũt aut intelligere ipsum nolunt: futurorũ tamen quamuis non existentium: aliquando in e/uitabilis est a natura euẽtus: vt ecclipses: per eclipsabilitatem. n. astronomus non iudicat. sed per eclipsim: non enim eclipsabilitas ef/fectus parit in inferioribus sz eclipsis: prop/ter igitur tales effectus ieuitabiliter euenien tes: sed non semper existentes: dixit philoso sophus primo posteriorum textu commenti 43. sciam esse eorum que sunt semper vel fre quenter. tales enim effectus cũ ad causaz su am comparantur: necessarij sunt: ꝛ semp exi stentes: sic. s. quãdo eorũ causa existit. sed cũ ad tempus comparant: non semper: ꝛ cum iste cause ad inferiora comparantur: licet es/sent naturales: ꝛ in essendo necessarie: non ta men inuincibiles sunt: sed ingenio humano inferiorum causas aliter disponente variabi/les sunt: Quod autem impediantur cum dif ficultate fit: ꝛ raro: ideo iudicium astronomi/cum veritatem habet artificialem. homo igi/tur in suis operibus non agitur: sed agit: dato enim oppositio: non oporteret negociari: ne/q3 cõsiliari: vt recte inquit philosophus i fine primi pybermenias ꝛ nono methaphisice cõ firmat: vnde Auerrois in fine cõmenti sexti qui negant primam materiam ꝛ omnes mo tus ꝛ generationẽ ꝛ corruptionem: ꝛ omnes artes que agunt per cogitationẽ: ꝛ voluntatẽ ad expellendum nocumentuz: ꝛ ducendum iuuamentum: homo igitur cum per pruden/tiam regulatur futura mala poterit minuere: ꝛ bona augere: cum preuiderit ea: vt ad lon/guz declarat philosophus in libro de regimi ne principuz. Ista igitur 2° sic physionoma tus: aut sic manuz habens designatam est ira scibilis ẽ necessaria: intellige necessitate non absoluta: ꝓpter subiecti contingentiam iuxta Auerroim primo perybermenias: sed ista sic physionomatus: aut sic manum habens de/signatam ex leui causa iracitur: est artificialis ꝛ vera vt i pluribus: ꝛ dicitur scibilis ampla significatione huius nominis scientia vtendo sed melius loquendo opinabilis dicenda ẽ.

¶ Elitio quarto q̃ physionomia ꝛ chyro/mantia speculatiue scientie sunt: ꝛ non practi/ce. quia in scientijs altero duorum modorum inuenitur practicum: vel ex obiecto incõp'exo cuius ratio formalis est reddens subiectum operabile a nobis: hoc voluit Auerrois secõ etbicorum capitulo secũdo dicens q̃ scientia practica docet constituere suum subiectum: ꝛ tunc si theologie subiectum sit deus inquãtũ deus: theorica est theologia. Si autez theolo gie subiectum sit deus inquantum amabilis a nobis: practica esset. similiter cuz subiectum sit homo in medicina ꝑm q̃ arte sanabilis ẽ. tunc medicina est tota practica: non autez logi ca: que de modo sciẽdi est. ꝑm q̃ nostri regu/latiuo: ꝛ non secũduz q̃ a nobis operabili. ꝛ hoc mõ practici habitus: patet has scias nihil practici in se cõtinere. quia nulla harum scien tiarum habet subiectum operabile a nobis.

¶ Alio modo accipitur practicum ex obiecto complexo demõstratione concluso: vt ex eo quod cõclusio dictat sic faciendum: vel non: ꝛ sic medicina est partiz theorica ꝛ partim pra tica. similiter ꝛ theologia: similiter ꝛ logica. quia alique cõclusiones dictant quid faciendũ sit. vt diuidendum est genus in species per differẽtias essentiales: ꝛ non per accidenta/les: demõstrandum est ex propositionibus p se: ꝛ nõ ex his que sunt per accidẽs. syllogi/zandum est in prima figura ex combinatiõe affirmatiuaruz: ꝛ nõ negatiuarum ꝛ cete. esse enim operationes de genere earum: que rea/les appellentur ꝛ extra animam: vel non. na turam praxis non variat: que diffinitur per operationem secundum electionem huma/nam: non determinando ad operationem i/manẽtem vel trãseũtem: quia moralis circa operationes imanentes est: quia iram virtus aliquando excitat: aliquando vero frenat. Tertio enim ethicorum capitulo. 10. aliquan/do virtus est ĩmittenda furori: aliquando eti am virtutem furorem erigere oportet. ꝛ tamẽ practica est. neque curando an operatiões: q̃ regulentur: sint intellectus operationes: vel non: ymo ne logica philosophicam inquisitio nem de anima ꝛ anime operationibus pre/supponeret. Aristoteles in nomine ꝛ verbo diffiniẽdis p° pybermenias ad uoces se cõ/tulit: quas regule logicales dirigerent. In/tellectus etiam extensione fit practicus: nõ di co extra se tẽdẽdo: sed considerãdo obiectum

incomplexum: inquantum est a nobis operabile: aut obiectum complexus dictas de opere: cui conformiter eliciēda est recti appetitus operatio pratici enim intellectus veritas est confesse se habens appetitui recto: sexto ethicorum capitulo tertio. & tunc praxes soluz ab homine sunt: non autez a deo: aut ab alia intelligentia: neqz a brutis: neqz infantibus & cetera hic aduertat Theologus. Non igitur omnes operationes ab homine facte praxes sunt: quia non que naturaliter sine cognitione fiunt: neque que violenter fiunt: sed que libere: & non quecūque libere: sed que cū electione fiunt. electio autez est eorum q̄ ad finem sunt: vbi volūtas est ipsius finis. tertio ethicorum philosophus capitulo quinto. fricatio enim barbe quamuis libera sit: cum inaduertenter fit: non est praxis. electio etiam cum ratione & intellectu est. vt in eodem tertio in fine einsdem capituli testatur philosophus

¶ Tunc ad punctum physionomia & chyromantia non sunt pratice: quia quāuis istarum scientiarum cōclusio esset de opere: vt iste furabitur: non tamen dictat illa cōclusio aut sententiat sic esse faciendum: vel sic: vel nō sic faciendum. ¶ Dicendum tamen q ad iuuante chyromantia aut physionomia 2° pratica elici potest. vt inuento per artes istas q iste temperatus est in complexione & moribus: tunc elicitur q bona est illius conuersatio: sed inuento illo proditore: aut maniacorum mala. Sed iste conclusiones morales sūt. & per prudentiam eliciuntur: non autem per physionomiam aut chyromantiam: quamuis antecedens ad cōclusiones illas scitum fuerit per chyromantiam aut physionomiaz prudentia enim preceptiua est sexto ethicorum capitulo vndecimo. Iste autem sunt iudicatiue. ¶ Huic sententie proportionabile est dictum Auerrois secundo canticorum cōmento quinquagesimoquinto. Quod hec cōclusio non est nauigandum per mare tempore hiemis non est medicinalis: sed consiliaria. Et hoc modo Astronomiam etiam pono Theoricaz quamuis de humanis operibus determinaret.

¶ Elitio quinto differentiam inter Chyromantiam & Physionomiaz: quoniam physionomia alterō duorum modorum diffinitri potest: vno modo: quia ipsa sit scientia hominis secundum q bonus est nā: ex apparentibus signis in corpore: vndequaque apparentibus huiusmodi signa. & sic est Physionomia totum integrale ad scientiam Chyromantie. Si autem restringatur physionomia principaliter ad signa faciei: sic ipsa differt a chyromantia: non ex subiecto: non ex ratione formali considerandi subiectum: sed ex mediis per que iudicatur. quia physionomia principaliter accipit signa ex facie: aut si ex aliis corporis partibus: non tamen ex manuum lineamentis: Chyromantia autez ex manuum lineamentis oritur vt ex signis. & ita stricte loquutus est philosophus de physionomia: cum de signis manus nullam adhibuit considerationem: neque in physionomia metaphorica: neque in physionomia breui ad Alexandrum illum magnum macedonē: Quod inaduertenter contigisse minime de tanto philosopho suspicandum est. & presertim cum primo de historiis animalium lineamentorum chyromantie meminerit: dicens: vola incisuris vite indicibus distincta est. Idem trigesimaquinta problematum problemate decimo. quod et decima problematum problemate. 49.

¶ Quod si quis diligentiore vtens consideratione & pedimantiam & vmblimantiam secernere voluerit. quoniam in illis etiam propie diuersitates proprias habentes significata inueniuntur.

¶ Dicenduz est illas esse physionomie partes. philosophus enim in physionomia ad Alexandrum a capite vsqz ad pedes physionomica signa comprehendit: exceptis manuum lineaturis vt predixi. q si etiaz illa tua signa pedis: aut vmbilici: aut partis alterius excipere volueris: non tecum ad nomē contendam.

¶ Elitio sexto diuersitatem cadentem inter philosophiam moralem considerantem hominem secundum q moraliter bonificabilis est: & has particulares scientias hominez secundum q natura bonus est considerantes. quoniam moralis considerat hominez secundum q bonificabilis est prudentia: et

ista ratio formalis considerandi hominem pratica est vt patet: quoniam reddit subiectum ens operabile a nobis. licet subiecti materiale non fiat ab homine per electionem: licet fiat ab eo per naturam non nego tamen quin in concursu ad mulierem concurrat electio: vt octauo physicorum commento quadragesimo septimo colligitur ab Auerroe. non enim consideratur materiale subiecti principaliter: ad habendum esse praticum vel speculatiuum. sed formale. quia intentio philosophi moralis est: vt boni fiamus. Teste Aristotele secundo ethicorum capitulo secundo & primo ethicorum capitulo tertio. Amplius autem passionum sequtor existens inaniter audiet: & inutiliter. quia finis est: non cognitio: sed actus. Sed phisionomici aut chyromantici aut Astronomi non est hec cura: neq; est hic finis: sufficit enim ipsis presentem bonitatem cognoscere: vel absentem: & etiam preteritam aut futuram. ideo moralis practicus ē: hi vero theorici sunt artifices.

¶ Ex quo sequitur q eidem scientie subalternari possunt scientia pratica & speculatiua quia philosophie naturali subicitur: & moralis: & etiam medicina: quarum vtraq; pratica est: & etiam physionomia & chyromantia quarū vtraq; speculatiua ē. & istaꝝ oiuꝫ homo subiectum est. non dico animam subici morali: neque corpus: quod est altera pars compositi: medico: sed homo omnib⁹ subicitur. licet secundum aliaꝫ & aliaꝫ rationē formalem. non igitur moralis philosophia inter tres philosophie partes diuisa ab Aristotele sexto methaphisice textu cōmti. 2. neglecta relinquebatur: sed comprehensa sub naturali philosophia ipsam sub se continente & sub alternāte latitabat. Errant igitur qui diuisaꝫ & sufficientem scientiam ab Aristotele in tres prias partes: ad speculatiuam restringunt. quasi pratice scientie non extitissent comprehendende.

¶ Elitio septimo differentiam inter conclusiones artificiales & scientificas pertinentes ad has duas scias. quoniam secūdum Aristotelem sexto ethicorum capitulo quarto alegantem se primo posteriorum textu cōmenti septimi scientia est necessariorum: cum autē est propō vt in pluribus vera: ad opinionem spectat. & tunc artificialem eam appellamus non quia sit de numero conclusionum: quarū habitus est ars. quoniam ars: q̄uis sit possibiliū aliter se habere: non tamen ipsa est quorumcūq; contingentium: etiam vt in plurib⁹ sed eorum quorum principium est in faciente: & non in facto secundum determinationē philosophi sexto ethicorum capitulo quinto cuiusmodi non sunt: que per chyromantem aut physionomum iudicantur. non intelligo tamen solum ea esse factibilia: que operatione nostra ponuntur inesse: quoniam vltra artem sic operatiuam: quā perfectiuam appellamus: dantur etiam artes due scilicet operatiuam: qua nihil remanet post operationem: vt ars cātandi aut saltandi: & sic de aliis multis de quibus mentionem fecit Auerrois secundo physicorum commento tertio.

Non igitur dicendum est omne agibile: esse per prudentiam regulabile. dixit enim philosophus primo magnorum moralium Cytharista actor est & artifex. Quia non prudentia regitur cythara: sed arte. Sed prudentia est circa agibile eligibile ad commodum iuxta Philosophum ibidem. Alia autem est possessiua: vt venatoria: aut piscatoria ars hec quidem rerum cōmunium particulares nos faciunt esse possessores sed artificialem conclusionem intelligimus. quia rationali coniectura elicitam. conclusiones igitur in his scientiis concluse sunt necessarie: artificiales autem sunt vt in pluribus vere: & vniuersales ex subiecto: non dico ex vniuersali clausura idest modo distribuente subiectum iuxta Auerroim primo perybermenias sed iudicia prolata vt in pluribus vera sunt: & singularia. quoniam sensus singularia iudicat. quamuis iudicium apud intellectum ex terminis vniuersalibus componatur: siue distributis siue non. experientia autem apud interiorem sensum reperitur & est copulatiua cōposita ex singularibus propositionibus consimilibus sensatis: quarum memorialis habitus conseruatur. & sic sequitur cogitatiuam virtutem componere cum hoc verbo est sub-

iectum cum predicato: inter tamen terminos singulares in essendo: quemadmodum cogitatiua est virtus singularis in essendo: quia ipsa est virtus educta de potentia materie. ꝙ si inter vniuersales terminos componit: illi vniuersales sunt solum modo in significando non autem in essendo. vt talis habens tale signum super police fuit suspensus ⁊ talis ⁊ cetera. operationes autez exteriores circa singularia sunt secundo ethicorum capitulo septimo: ⁊ tertio ethicorum capitulo primo: et ēt singulariū vt phemio methaphisice colligit.

¶ Addo etiam hijs que dicta sunt octauum corrolarium. licet ab homine multe fiant operationes: quedam enim ab in existenti natura elementi fiunt: vt descendere: quando homo in aere sue nature relinquitur: aut in aqua: postq̄z aer aut spiritus in interiorum vacuitatibus precontentus euanuit: quedam fiunt ab anima secundum ꝙ vegetatiua est vt nutrire corpus: augere ipsum: ⁊ generare tale quale ipsum est: in non orbatis: neque imperfectis: neque in generationez spontaneam habentibus iuxta Aristotelem secundo de anima textu cōmenti trigesimiquarti spontе fieri ea intelligo: cum non extrinsecum particulare agens concurrit ad generationem. quale est illud a quo deciditur semen: in hijs que ex semine generantur: ex putrefactione enim genita multa non generant: ꝙ si sic: generant non tale quale ipsa sunt: sed effectus est alterius rationis a generante. vt apertissime dixit Aristoteles primo de generatione aialiū: ¶ Potuit liborꝫ penuria facere ꝙ locū hunc doctor subtilis Scotus non viderit cōcedens genita per putrefactionem cum genitis per propagationem eiusdem esse rationis: materie enim secunde sunt alterius rationis ⁊ agentia propinqua: ergo forme. Sed consequentiam hanc oportet Theologum negare de mā exq̄. s. limo ⁊ sanguine mestruo, nō i manente qz adde materia ⁊ filij eius diuersa extitit ⁊ agens propinquuz: qui tamen eiusdē rōnis fuerunt. cum aūt non sit ꝓcedere in infinitū in talibus speciebus: quia infinitum abhorret natura: data vltima specie genita: ipsa non prolifica est: quedam autem fiunt ab anima secundum ꝙ cognoscitiua est: vt audire: videre ⁊ cetera. quedam fiunt ab eius anima secundum ꝙ cognoscente ⁊ appetente: vt motiones locales. Istarum tamen operationum: q̄: q̄z natura hominem statuerit vti finem artificialium: ⁊ huius inferioris mundi dominum: ⁊ presertim suarum met operationum. ipse tamen quarumdam excellentius dominatur q̄z aliarum: hominis igitur appetitui directe subicitur motus localis illius progressiuus: intra tamen terminos sue velocitatis: maximum scilicet ⁊ minimum. non enim infinite velociter moueri potest homo. remotis etiam impedimentis tā se tenentibus ex parte animalis: tam intrinsecis animali: vt egritudo: membri amputatio: q̄z extrinsecis vt ligatura: compedes. tam tenentibus se ex parte medij: non enim infinite resistens medium ab animali diuidi potest: neque aqua hominis respiratiōni est conueniens medium: quamuis sit diuisibile medium ab hominis virtute tam se tenentibus ex parte spacij super quo sustineri debet animal ⁊ cetera. indirecte autem hominі alie sue operationes subiciuntur: que ante cognitionem sunt. ei tamen minime subicitur operatio elementaris: inde fit vt resolutionē humidi substantifici a calido illius naturali se ipsum conseruante prohibere homo non possit: neque processum aetatiuuz. aliter perpetuabilis esset homo existens adhuc corruptibilis a natura. Quamuis Theologus eos qui surrexerunt vocare habeat corruptibiles homines: cū sint eiusdē speciei ymo idem numero post resurrectionem qui fuerunt ante: nō tamē stante diuina voluntate potest natura eos corrūpere. ideo Theologi eos appellant immortales. deus tamen illos sue nature posset relinquere: ⁊ tunc lapsu temporis iterum corrumperentur. Sed de hijs alias.

¶ Communem tamen stomachi digestiuam ⁊ adiuuare potest ⁊ impedire ⁊ prohibere. pro quanto motus localis sibi subicitur. prerequiritur enim in stomachi operatione: nutrimenti ad os approximatio: aut masticatio: aut trāsglutitio. Tum etiam cibi aut potus boni ⁊ mali possibilis est famelico pñtatio:

similiter ex medice artis regulis possibile est stomachum in digerendo adiuuare: aut ex regulaꝝ oppositis ipsum impedire. Istarū igitur operationum quedam naturaliter precedunt intellectum: ⁊ iste non proprie illius dominio subiciuntur: quedam vero naturaliter sequuntur intellectum vt motiones locales totius vel partium: que membra exteriora sunt. non enim motus cordis in potestate hominis positus est directe. In istis etiam operationibus intellectum prenenientibus: quedam sunt quarum similes possunt esse imperate ab appetitu vt visio: quedam enim visio naturaliter precedit intellectuꝫ. noticiam enim hominis intellectiuam omnem naturaliter precedit sensitiua eiusdem ⁊ appetitiuam cognoscitiua. ⁊ in istis operationibus precedentibus vt precedunt intellectum non reperitur bonitas moralis vel malitia: de istis enim dictum est ab Augustino: primi motus non sunt in potestate nostra. Aliquas tamen visiuas operationes appetitus imperat: ⁊ in istis bonitas est moralis vel malitia dixit enim philosophus secundo ethicorum capitulo quinto. Adhuc iracimur. quidem ⁊ timemus non sponte: sed huiusmodi operationes secundum q̄ intellectu posteriores dicuntur: libere sunt: pro quanto rationis imperio subsunt ideo participatione rationales appellantur ab Aristotele. ¶ Utrum autez omnium istaruꝫ operationum physionomus aut Chyromanticus eque faciliter iudicet bonitatem aut malitiam considerandum est. ⁊ primo de altioribus operationibus dicendum q̄ rationis ⁊ voluntatis operationes non certe iudicantur: sunt enim rationales: vt nono methaphisice textu commenti tertij. ⁊ secundo perihermenias ⁊ cōsequenter possibilitas est ad oppositа. ⁊ huiusmodi etiam sunt passiones anime non notabiliter corpus alterantes vt dicemus de grammatico iudicando: an grammaticus esset: aut rhetor. Dicendum tamen q̄ appetitus sensitiuus dispositionem corporis consequitur. anima enim ymaginatiua sequitur complexionem icorporis iuxta Auerroim primo canticorum cocimmto tricentesimoquinquagesimo: hic autem anime appetitus: non alterum est: sed esse aliud vt tertio de anima textu commenti vigesimononi dixit Philosophus. ⁊ hic appetitus vt in pluribus trahit intellectiuum. virtus enim anime nostre non organica: propter colligantiam quam habet cum virtutibus sensitiuis: vt in pluribus dispositionibus conuenit cum organica. sunt enim organa anime instrumenta primo de anima Auerrois commento quinquagesimosecundo. vnde Aristoteles primo de partibus animalium capitulo vltimo. Quapropter corpus etiam totum anime gratia conditum est. ⁊ membra officiorum gratia constant: ⁊ munerum: ad que singula accommodantur. Si igitur inter eos accidat discordia: vt dixit Aristoteles tertio de anima textu commenti quinquagesimitertij. tunc ratione dominante appetitus sensitiuus intellectiuo succumbit: econtra vero sensu dominante: appetitus sensitiuus trahit intellectiuum. secundum q̄ dixit philosophus tertio de anima textu commenti quinquagesimi septimi. ⁊ primo ethicorum capitulo decimo octauo. Aristoteles ⁊ Auerrois. et in libro magnorum moralium Philosophus.

¶ Dicendum est igitur q̄ Chyromanticus aut Physionomus istos sic secundum naturam complexionis operantes indicat: et bene iudicat. Sed tamen eorum iudicium tale scilicet iste sic operabitur: contingens est. Sed eorum iudicium tale scilicet iste secundum complexionem suam naturaliter sic inclinatur ad operandum: non sic contingens est. quia inclinationes complexionum: non libere: neque contingenter sequuntur complexiones: quarum sunt inclinationes: sed mere naturaliter.

¶ Quod autem sensitiuus appetitus sequatur corporis dispositiones: Dixit aperte Aristoteles in principio sue physionomie. ⁊ patet nam anima indiget certa ⁊ determinata organorum corporalium dispositione: qua stante operari potest: qua non stante: non operari potest. qua bona: bene. qua non bona: non bene. Et ista via venator bonos canes ad venandum cognoscit siliter

est de alijs animalibus vt iumentarijs aut ad alia seruitia vtilibus artifices proprij propria ferunt iudicia vtile ab inutili discernentes: anima igitur organica sue nature dereicta secundum aliam ⁊ aliam organi dispositionem aliter ⁊ aliter operatur patet in frenetícis: maniacis appoleticis et cetera in quibus manifestissime leduntur operationes: ablate: diminute: aut corrupte. nimis intensam sub corrupta comprehendo iuxta Balenum quarto de accidenti capitulo septimo similiter ⁊ in gaudijs ⁊ in tristitijs. Tuz etiam ex climatum diuersitate varias videmus fieri opatiões. g° a fortiori ex varia corporis dispõne: ymo etiaz in eodez climate secundum variã tẽporis dispositionem: aliter ⁊ aliter homo operatur appetitus enim ad coitum in mulieribus crescit in estate: in viris vero in hyeme Aristoteles quarta problematum problemate .28.25. Si enim nihil possent corporis dispositiones pro esse forme: tunc posset forma quodlibet corpus indifferenter formare: quod est impossibile. quod si admittatur: omnes naturales transmutatiões essentiales q̃z accidentales cõfunduntur. ⁊ sic tota ruit naturalis philosophia. vnde ab Aristotele primo posteriozum textu cõmenti quadragesimitertij ⁊ .44. ⁊ primo de partibus animalium. ⁊ secundo phisicozum determinate materie determinata est forma textu commenti .26. ⁊ secũdo de anima textu cõmti vigesimi sexti vnusquisq̃z actus in propria materia est. si enim dispositiones nõ facerent pro esse forme aut operari: tunc non posset aliqua forma expelli de materia: agente quantumcũque forti aut contrario aplicato: quia forme substantiales contrarium non habent: nisi ratione suarum dispositionum accidentalium: quibus saluatis saluantur: ⁊ eductis educuntur: abiectis abiciuntur. diminutis debilitantur: vigoratis vigorantur. ⁊ primo de anima textu commenti quinquagesimi primi illudit philosophus Pythagoram ponentem animas migrare de corpore in corpus: ponens vnumquodq̃z corpus speciem habet propriaz: apud enim pythagoram forma quelibet cuilibet corpori esset cõmunis: ⁊ Auerrois ibi non differunt membra cerui a membris leonis: nisi propter diuersitatem anime. idem tangitur secundo de anima cõmento sexagesimo ab Auerroe. diuersitas enim forme est causa diuersitatis materie magis q̃z econtra. patet etiam econtra ex corporis affectionibus animaz mutari: vt amore: timore: tristicia: delectatione in iudicandis etiam corporibus saluande sunt etatum diuersitates: vt in iuuene: ⁊ sene eadem appetente. potest enim complexio certa furiam facere: vt in iuuene: ⁊ non in sene: vt adustio humoruz complexionalis in iuuene fortissimos motus promouet: non sic in sene: siue ex virtutum senis debilitate siue flegmatum contra operantia. contingat. exercitia etiã solertia cõsideranda sunt: nutrimenta loca ⁊ cetera studio enim litterarum melancholicum aliquando fieri videmus. ex consuetudine etiam aliquando membra aut membrozum signa rubicunda sunt. ⁊ aliquando aliquod membruz grossius: vt in ludentibus ad grauem pilam: dextra grossior.

¶ Quod si dixeris hominis bestialitatez iudicari non posse: cum ipsa spiritualis sit: cum sit sensus interioris operatio corrupta.

¶ Respondeo si ex consuetudine tantuz fuerit homo bestialis: ab ignorante consuetudinem non iudicabitur. presertim cum non operetur sic bestialis. similiter i naturalibus passionibus vt iracundo: timido: coeunti: ⁊ sic de alijs passionibus: vt physionomia maiore scribit philosophus vnde secundo ethicorum Aristoteles capitulo primo bij quidem enim temperati ⁊ mites fiunt. bij autem intemperati ⁊ iracundi: bij quidem in eis ex sic conuersari: bij autem ex sic. nihil enim adeo bonum est: sicut bonorum virorum conuersatio crebra sexto enim ethicorum capitulo decimoquarto. Quare oportet attendere expertorum ⁊ seniorum vel prudentium in demonstrationibus enunciationibus ⁊ opinionibuz: non minus demonstrationuz: propter enim habere experientia iustum: vident principia. Si vero ex natura bestialitas fuerit: tunc iudicatur esse talis: aut ex membris: aut colore aut figura: aut

lineis: sed maxime ex situ oculi: & vt bonitatis potius signa referamus q̃ opposita. dixit Aristoteles primo de historiis animalium. mediocris tamen situs nota morum est optimorum. motu etiam oculi. dixit enim Philosophus primo de historiis animalium: Notam morum laudabilium habent: qui mediocriter conniuent. reliquorum alteri impudentie: alteri inconstantie: indices sunt. similiter ex oculorum colore. pupilla enim caprina optimorum est morum. Aristoteles primo de historijs animalium. similiter colligitur ab Aristotile. Ysis enim cerebri complexio aut compositio iudicatur: que cum mala extiterit: morbos: deliria: mortes affert. secundo de partibus animalium Aristoteles: non tamen propter hoc ponimus cerebrum esse primam sensus radicem: sed cor ipsum vt dixit Aristoteles tertio de partibus animalium & sepe. ad experientias enim Galenus quarto de accidenti & morbo contra Aristotelem non difficile est respondere vt secundo colliget capitulo .20. ab Auerroe colligi potest & inter cetera dixit Philosophus. Que enim sensu hebeti sunt: cor habent durum & spissum: que autem sensu valent: mollius. pauida: cor grandius. audentiora: minus: vel mediocre: Caute tamen attendendum est. Quoniam facilius potest bona naturalis complexio ex consuetudine depranari: q̃ mala reintegrari. Aristoteles decima problematum problemate quadragesimoquinto. facile est fieri prauum a principio: & transmutari in se: & ratio confirmat. quia alterabilius est medium ab opposito contrario q̃ aliud extremũ. vnde philosophus in postpredicamentis ostendit longum labi tempus antequam malus per bonorum conuersationem fiat bonus: vbi patet qõ bonus statim fieri potest malus. ¶Quod si dixeris. quod naturaliter est: non aliter assuescit. secundo ethicorum capitulo primo: ergo mores naturales non permutantur.

¶Respondeo operationes mere naturales scilicet que rationis imperio non subsunt nõ mutantur derelinquentes sua subiecta: non enim lapis per iteratam quantumcũq̃ volueris sursum proiectionem ascendere assuescit sed que rationis imperio subsunt: aliquam recipiunt variationem: licet quedam maiorem: quedam minorem ab inuicem variationem suscipere apte sint.

¶Ex hijs sequitur q̃ licet magis alterabilis sit anima sensitiua q̃ intellectiua: tamẽ etiam per accidens alterabilis est sensitiua. quia ipsa non est passum alterationi subiectum. sed corpus coelestibus influxibus subicitur: ex cuius corporis varia dispositione anima sensitiua aliter & aliter operatur. omnibus enim videtur singulos morum existere natura: aliqualiter enim iusti & temperati & fortes: & aliam confestim habemus a natiuitate: sexto ethicorum capitulo decimoseptimo & .x. ethicorum Aristoteles capitulo vndecimo fieri autem bonos existimant: hij naturali consuetudine: hij autem doctrina. Intellectiua autem anima: eo quia colligata est cum ymaginibus sensibilibus variatur. vt dixit Auerrois tertio de anima commento trigesimo.

¶Quod si dixeris q̃ appetitus sensitiuus non videtur posse contra rationem: quia illius obiectum est bonum: ergo in malum nõ potest appetitus sensitiuus: ergo nõ datur appetitus naturaliter malus.

¶Respondeo appetitus est duplex: naturalis & cognoscitiuus: tunc appetitus naturalis obiectum est bonum: sed appetitus cognoscitiui obiectum est bonum: vel apparens bonum iuxta Auerroim secundo physicorum commento trigesimoprimo. & sic negatur minor. Item dicitur q̃ agens naturale in sua operatione in multis habet impedimentum: si enim produceret agens temperatam complexionem. Faceret appetitum: qui sequens corporis complexionem esset rectus: sed agenti naturali sepe occurrit impedimentum: ex mala complexione: aut mala cõpositione: aut mala membrorũ vnitate. & sic a rectissima sui operatione naturaliter agens per impotentiam diuertit & in vanum aut casum ipsum exire contingit. Iterum de bonitate distinguendum: morali: & naturali. bonitas naturalis est forma cui opponitur priuatio que est malum: Et bonitas

morís eſt mos bene ordinatus ad iuſticiam. tunc primam bonitatem natura appetit: ſed non oportet q ſecūdam: niſi rōne dirigente alius enim eſt finis generatiōis a fine rei generate ſecūdo phyſicoruz cōmto ſeptuageſimo: quāuis ēt in ſcire ſit naturalis inclinatio. primo methaphiſice t maximaz ſciētiaz maxime deſideramus ex primo poſteriozuz capitulo octauo: t etiam in bonos mozes ēt naturaliter tēdimus: quia naturalis inclinatio dicit aptitudinez aut potētiam: nos autem nūc loquimur de actu. phyſionomus igitur aut chyromāticus diuerſitates impedimentozum conſiderat t iudicat in quid inclinatur ille de quo iudiciuz fertur. ¶ Ferociſſimus aut t lupinozum mozuz cū ſubditis: cū ſubditis ſenſitiuum ſequebatur appetituz: t idem cum extraneis affabilis. curialis: t iuſtus: ſequebatur intellectiuz. ¶ De hijs ēt operationibus: que indirecte rōni ſubiciunt: iudicat phyſionomus aut chyromāticus ſecūdū q ipſa cōplexionem ſequuntur: non autez rōez: quāuis eſſent bona corporis: ſuper quibus dominatur coeleſtis influxus. in iudicando igitur de iſtis t de bonis fortune: ſignis ſequētibus coeleſtes influxus vtitur. quaſi demōſtratio a poſteriori ſeu a ſigno procedens in duas demōſtrationes reſoluatur. Primam a poſteriori: talis mōs manus vel talis linea vel punctuz: punctis enim nō tamen mathematicis: ſed vt paruis foueis: etiā vtimur ad iudicādum oculozum euulſiōes: aut vulnera: ſecūdū q i linea vite vel menſali reperiunt: eſt bonum vel maluz: ergo influxus coeli ad hoc compatus ē bonus vel malus. Effectus enim ſue cauſe veſtigium eſt. Secūda demōſtratio t a priori: coeleſtis influxus ad hec compatus eſt bonus vel malus: ergo bonum vel malum eſt aptum iſtud indiuiduum conſequi: quāuis talia ab extra fiāt: t non ab intra: vt excecatio aut vulnus. Sed dices quomodo fortune bona: cum extrinſeca ſint: dici poſſunt eſſe comprehēſa ſub bono natura. quod poſitum eſt ratio formalis cōſiderādi ſubiectum in hijs ſciētijs. bona enim corporis ex natura boiem producente: ſunt t anime bona ab eadem pro quāto i ſuis operibus corporis diſpoſitiōes prevalent. Luz eniz fantaſmata itellectui neceſſario p̄ſentētur ad hoc vt itellectus intelligat. cōfuſo exiſtēte ſpeculo i quo ymagines relucent aut turbido aut diſtorto. quomodo clare p̄ſentantur ymagines itellectui: t ſic ſi operatiōes itellectus variātur: a fortiori alie. Sed exteriora bona nō nature: ſed fortune aſcribūtur. ¶ Reſpōdeo nature agēti p ſortis gnōe exēpli gratia cohopatur coelum. t tūc bm coelozuz influxus agēti nature coboperātes ſunt bona fortune aut oppoſita materie attributa: t ſub ratiōe formali ſubiecti cōprehēſa. t pter hāc cām de iſtis bonis vere iudicāt: phyſionomus: chyromāticus: t aſtronomus. ¶ Inter ſigna autez quibus phyſionomus i iudicādo vti poteſt. que ab Ariſtotele i phyſionomia enumerātur. figura eſt de potiorib⁹ ea ſigno exiſtente corporis cōplexionem t cō poſitionez intime effigiante. vnde in canibus magnis quid lupinum apparet: in aliis quibuſdam non magnis: quid vulpinum oſtenditur. Benus etiam apum optimū Ariſtoteles quinto de animalium hiſtorijs iudicat ex figura: que breues varie t in rotunditatem cōpactiles ſunt. hec enim ſolertiaz t agilitatem oſtendunt. Natura enim figuras formis aptat in operatione adiuuātes. t volatilia rapacia paruis conſtant capitibus: vt impetuoſe volando facilius aerez valeant diuidere hic tamen finis ſecūdarius eſt. t non prima intētione. ¶ Figura etiam coeleſtibus principiis variatur. dixit Ptolemeus cētiloqui verbo 53. Cum nō fuerit ſignificatoribus aſcēdētis latitudo: natus erit macilētus ſi vero multa pinguis. ſi vero meridiana: cum carnoſitate motus erit leuis. Si ſeptentrionalis: pōderoſus i motu. Similiter cum fuerit ſignificator ad retrogradationem vel directionem vel ad ſtationes: operabitur idem. Ariſtoteles etiam in libro de regum regimine ad Alexādrum macedonem dixit q Alexander multas ſolis habuit proprietates quia ſole ex orizonte aſcendente: t domum propriam peragrante ex matris ventre primum effereba/tur in lucem. Cor enim leonis influxit. In quibuſdam etiam ſuſpenſorum effigies aduertentium ſenſibus ſe offert iudicanda: quos mala morte intercipi vt in pluribus

notat experientia: vnde rasis secundo almansoris de effigie ⁊ forma capitulum apposuit Non tamen ex figura tātum cōiter iudicādū est: sicut neqꝫ ex aliquo vno signo: vt in physionomia ad Alexandrum testatur Aristotiles. Mortuus enim homo q̄ꝫq̄ꝫ figure formaꝫ habeat eandem: tamen homo non est: Aristoteles primo de partibus animalium. In hoibus etiam figure varietas multū operatur dixit enim Aristotiles quarto de partibus animalium: bruta hominibus dementiora: inter hoies pueri viris: inter viros pomiliones mente defficiunt: q̄ꝫq̄ꝫ alijs viribus forte valeant. Simia etiā est homini multum ꝓpinqua: ⁊ tamen operationibus multum distinguitur: sed tamen caput: pars valde principalis: bene dispositu ꝫ in homine: non sic i ea disponitur. pectus quoqꝫ: in homine enim a lato ad angustum descendit: ⁊ in simia ab angusto ad latum descendit: ⁊ iterum a lato in angustum redigitur.

¶ Pigmei etiam genus hominum pussillum ex Aristotile octauo d̄ historijs animalium: aut ex septimo capitulo septimo iuxta translationem antiquam: opere ab alijs hominibus defficiunt non enim ciuitates colūt: sed cauernas: vnde troglo dyte dicti sunt: Sed quia ꝯciliator sup̄ decima problematū problemate .12. se istorum aliquem vidisse ⁊ tetigisse asserens eos non esse homines contra Aristotelem dixit. nihil vniuersale iudicantes: ⁊ loquellam ⁊ sermonem imperfectum habentes. Ideo pro Aristotile. Respōdeo ipsum non bene potuisse mentis eius cōceptum iudicare: an vniuersalis esset: an singularis: ob sermonis imperfectionem: ⁊ forte ob signorum significationem ipsi nō bene cognitā: manum enim habent: que signu ꝫ est magne prudentie: iuxta Aristotelem quarto de partibus animalium. vnde subdit natura igitur ei qui artes plurimas recipere potest: manum reddidit: que ad plura instrumenta vtilis est. Tum etiam quia ter in anno exeunt cauernas: ⁊ castrametant̄ ad oua gruum dissipanda: quasi non aliter earū multitudini ⁊ vigori ab eis faciliter resisti possit: quin ipsi ab eis per aera portentur. ⁊ interficiant̄: ⁊ sic eorum cogitatio comprehenditur super futuris ex preteritorum memoria. dixit autem Aristoteles primo de historijs animalium homo vnus ex numero animalium omnium vim obtinet cogitandi ⁊ aliqua ciuilitas ad bonum publicum peragendum: ⁊ aliqua suasio ad alios excitandum: ⁊ aliqua ars qua inuētur i pugna offendēdo aut defendēdo: aut mercātia i eis iudicat̄ ⁊ ꝑpēdit̄. Ex hijs pꝫ ꝙ multa negantur que ab Alberto magno .21. de animalibus assumuntur capitulo secūdo: Hunc enim puto a conciliatore imitatum fuisse. ¶ Tum etiam oportuisset Aristotelem eos appellasse homines: ex eorum figura: ⁊ non ex eorum forma substantiali. ⁊ sic antiquoru ꝫ opinionez ab eo reprobatam ⁊ in eodem libro incidisset: vt patet primo de partibus animalium. ¶ Tum etiam errasset philosophus cum reprehenderet eos qui asserunt hominem deterrime omniu ꝫ animalium constare. cum nudum atqꝫ informē referant hominem generari. dicens cetera enim animalia vnum auxilium habent. quia pigmei nullum auxilium habent. ymo deterius homine pigmeos natura muniuisset. cū non ingenio aut viribus respectu aliorum: quos homines appellat: poleant: sed multum a nobis defficiant. ⁊ longo discrimine superentur. ¶ Redeamus: si isti homines non essent: cum figura humana figurentur: ⁊ opere distent: adhuc concluditur ꝙ non ex figura tantum est iudicandum. ¶ Coloris autez iudicium fallax: aliquando enim humores in interioribus corporis latentes sunt. Aliquando etiam ex stirpe color contrahit̄. vnde Aristoteles primo de generatione animaliu ꝫ mulier elide ex ethiope albam genuit. ⁊ alba filia ex albo viro ethiopem. licet tamen fallax sit iudicium ex colore acceptum ad iudicandum super patre: aut filio nigro: aut de regione ethiopie. non tamen fallit sic super complexione illius cuius ē color. quia eā saltem in exterioribus membris calidam esse ostendit. ¶ Qd̄ si ineunte autūno ficedula sit auis quedam: ⁊ ab autumno protinus atricapilla: ob coloris ⁊ vocis discrimen: quā tamen esse auem eandem constet: iuxta Aristotelem nono de historiis animalium: nulli tamen dubium est eaꝫ complexione variari.

¶ Sed de hȳs hactenus dicta ſufficiant. Sunt igitur chyromãtia ꝛ phyſionomia ſciẽtie naturali philoſophie ſubalternate: quaruꝫ ſubiectum eſt homo ſm ꝙ bonus eſt natura: demonſtratione quia utentes ꝛ ſpeculatiue: ꝛ de humanis operibus recte iudicantes. Tu autem ad particularia iſtarum ſcientiarum queſita ſermonem tuum extendis: ideo hec vniuerſalia illis premiſi: vt rogatus morem tue gererem voluntati. VALE.

Laus Deo gloria ꝛ bonor.

¶ Explicit queſtio ō ſubiecto phyſionomie ꝛ Chyromãtie: a filio Claudij Achillini: ambas ordinarias ꝛ philoſophie ꝛ medicine Theorice publice docente: Edita: ꝛ impreſſa Bononiae: ex arte ꝛ officina Joannis antonij de Benedictis Ciuis Bononienſis. Anno domini .1503. Illuſtriſſimo Joanne .2°. Bentiuolo Rei publice Bononienſis habenas foeliciter moderante.

¶ Magistri Bartholomei Coclitis Bononiensis Medicine Distillatoris Chyrurgici. Physionomiste: Chyromātici: Geomanticiq; Anastasis Ex pluribus Et pene infinitis Auctoribus feliciter incipit. Ad Illustrissimum Dominum Alexandrum Bentiuolum Patronum Collendissi. Felicissimi Joannis Bentiuoli Bononie Dictatoris Filium. Et primo Prologus.

PHysionomia scientia prorsus regia est collende priceps Alexander: qua mores hominum coniecturis extrarijs plane solent innotescere. Siquidem vultus proditor est animi: Incessus cor ipsum nudat: t voces auctore Aristotele note sunt interiorum cogitationum: que omnia sub physionomica doctrina continētur. Lucius Sylla: Cesar Dictator duce hoc naturali indicio mores aduersariorum sub uulpe latentes: vt canit oratius: non semel exacte deprehenderūt. Plautus quoq; nitoris comici parens lenones: aut facinorosos homines vberi sermone delinians corporeis signis infamibus infames esse significare contendit. Preterea vates epigrammaticus nature se non penitus ignarum professus est: cum Zoilum hominem pessimum pessimis corporis mendis nota satyrica perstrinxit. Quin tu inter ceteros fulgentissime regule certis: t nunquaz fallacibus prescitis Physionomicum vaticinium natura duce fideliter amplecteris: vitia delitescentia profers: archana morum secreta denudas: Quanto certius t examinatius id acturus: si artis nostre precepta legisse contigisset: que cum sitienter optares: nec certum amnem: qui te ad hoc mare deduceret: inuenires: Bartholomeum clientem tuum inuitasti: vt maiori voluntate q̄z facultate onus hoc laboriosum subiret: quo satis voto tuo pro captu ingenioli faceret. Accipe igitur hilari t geniali fronte labores nostros princeps Auguste. Et cum ab Clientum tuorum auditionibus in diuersorium genij tui te contuleris: hec per momenta lege: que principem hominem non minus decent: q̄z iuuant: imo adiuuant: cui iudiciuz multiplex secretaq; indagans uigere par est: vt qui vitandi sint viter: qui fouēdi sint foueat. Hoc pacto te: quez naturalis instinctus clarum in hac scientia reddebat: clarissimum ars efficiet: geminoq; dotatus insigni artis t nature perambulabis astra sidus aureum. Verū ne te t alios titulus operis nostri absterreat: quare Anastasim opus hoc nominauerim paucis habeto. Notum est Anastasim significare resurrectionem: t quoniam hec scientia pene mortua erat: nos eam ab inferis ad superiora reuocauimus: t extinctę animam ac vitaz reddidimus: ideo resurrectionis nomen merito sortita est. Vale secundo sidere.

¶ Eiusdem Bartholomei Coclitis Bononiēsis Introductoriū Ad totū opus sue Anastasis. Ad eundē Diuū Alexandruz Benti.

IUpiter omnipotens Regz rerū ipse deusq;. Progenitor genitrixq; deū: rex vnus t oīs. Pectora nostra tuo diuino numine reple. Vt sic inuocando exordiar: auxiliuz progenitoris summi implorauí: qui t idem genitrix omnium rerum vocari potest: tum philosophicis rationibus: tum vt testantur versiculi illi initio inuocationis positi: quorum Valerius Soranus est auctor. Quod autem vbiq; deus inuocandus sit: etiā Auicenna sentire videtur: prima primi dū ingt: In primis deo gratias agam⁹ tce. Idem sensit Halyabas primo regalis dispositionis dum ait: medicum ad deum esse suspicientem. Et Joānes Mesue ō appropriatis. In nomine dei misericordis cui⁹ nutu sermo recipit gratiaz t doctrina perfectionem. Idez testatur Auicenna decimo sue methaphisice capitulo primo. Prosunt eniz hominibus deprecationes t sacrificia. Et Aristoteles quito ethicorum. Homines autez orant t prosecuntur: oportet autem orare quidez bona simpliciter: t ipsis bona esse eligere: que sibi ipsis bona. Que verba asserunt summum t omnipotentem deum sub suo iure tempora t momenta habere reseruata tanq; primum motorem: absq; auxilio cui⁹ omnis nostra cogitatio fluxa caduca atq; fragilis apparet: Vt sacrum

euangelium ⁊ omnis diuina pagina innuunt. Ipse enim deus omnium futurorum eventuū sincerus scrutator existit: neq; aliquis est qui hoc in seculo mortalium possit rerū futurarum tradere cognitionem: neq; invenit. Nec certe quisquam futura ꝓnosticari pōt inquātū firmiter: sed coniecturaliter. Omnium rerū sublimis cōditor: ob eius imensissimā bonitatē multa suis creaturis ifudit: quibus ꝓmisit mortalibus ventura queq; cognosci: ⁊ a lōge ꝓprehēdi: ⁊ videri. Sicut multarū auiū expientia cernimus ⁊ multorū aialiū: que temporum dispositiones ꝓnosticantur. Alique ex his cantu: alique volatu ꝓnostica ferentes modo ad dexterā mō ad sinistrā volāt. Multa alia signa se nobis offerunt: que brevitatis causa relinquo. Quid ꝓnostica Julij Cesaris morte precedentia narrem: nō ne regaliolus lauri ramuscolum ferēs apparuit: quem alie aues decerpserunt: que denotauit ita a cōiuratis Julium Cesarē debere decerpi: quod paulo post enenit: nam in curia viginti ⁊ tribus vulneribus confossus cecidit: vt Suetonius trāquillus in eius vita affirmat. Nostram rationem Ouidius poeta celeberrimus in fastis corroborat sic dicens: nō tm hoc falsum est: naz diis vt proxima queq;: nūc penna veras nūc datis ore notas. Ingt phūs i libro d signis aquaz ven: oz ⁊ tēpestatū: lupꝰ vlulās tēpestatē significat. Passer mane clamās tēpestatis ē signū: ⁊ alia similia antequaz appareant ab eisdem denūciant. Quod ꝓbat exēplo Philippi Regis Macedonū. Olim cū sederet solus Philipbus Rex in palatio apparuit ei parua atq; mitissima auis: ⁊ sedēs in gremio eius generauit ouum: ⁊ cecidit ipsuz ouum a dextra eius in terrā: ⁊ diuisum est. Statim exiit ex eo potentissimus serpens cōgiratusq; ouuz voluit itroire i illud ⁊ anteq; caput ibi imitteret mortuus ē. Hoc cū vidisset Philippus valde turbatus est: ⁊ vocauit ad se ariolum ⁊ ostendit ei ouuz fractum ⁊ serpētē narrās ei oia que acciderāt. Cui ariolus iquit o Philippe nascet tibi filius: q debet regere post obitū tuū ⁊ totū orbē circuiturus est: subiugādo sibi cūtas gētes: ⁊ sue iuuentutis ānis morietur. Solem videmus vespertino tempore rutilantē cū festinat ad occasuz ꝓpinquā denotare serenitatē. Idē mane vesptinā idicat mutationē sic scriptū ē ab Aristotele. 6. particula ꝓblematū ꝓblemate. 6. ⁊ Sciliator loco plibato dicit. Sero rubens celū cras idicat esse serenū: Mane celo rubeo aqua sine dubio. Et ars hec q̄ a sole accipit Solmantia dici poterit. Mas res ab vniformi natura ⁊ invariabili fabricatas eē videmus: prout ei a suo datore cōcessuz ē. Nō nobis auctores q de his rebus affatim scripserunt deesse videnr. Nec contra nos ē philosophi dictū primo plibermenias dū igt. De futuris contingentibus nō ē determiata veritas: qz phūs itelligit de agentibus volūtarijs: qz idez aristoteles cōcedit futuri pronostica: sicut habemus i prelibato libro de signis aquarum ⁊ de Regimine principū ad Alexandrū i capº Quomodo Rex debet ordinare studia iquies Prepara gymnasia: statue studia i ciuitatibus tui regni: permitte: ⁊ precipe tuis hominibus vt suos doceāt filios scientiā lrārū: ⁊ faciāt eos studere i nobilibus ⁊ liberalibus scientijs: ⁊ tua prouidentia dz eis in necessarijs subuenir. Fac aliquam prerogatiuā bene studētibus ⁊ proficientibus: vt per hec prepares aliis scolaribus exemplū ⁊ materiam vigilādi. Exaudi petitiones eoz. Epistolas eoz recipe: ⁊ attēde collauda collaudādos: ⁊ remunera remunerādos. In hoc excitabis litteratos ad tua ꝓconia extollēda: ⁊ ad gesta i scriptis ꝓpetuāda. Iste modus est cōmēdabilis: ⁊ ista prudētia cōmēdāda: ⁊ in hoc honorat iperium: ⁊ decorat totū regnum: illuminat curia: annales: ⁊ gesta regalia memorie melius cōmendant. Quid sublimauit regnū grecoz: Quid eoz gesta per totū mundū ꝓpetualiter diffamauit: hoc certe diligentia studentū: ⁊ probitas sapientuz effecit: qui supra modū scientias dilexerūt: ⁊ pp hoc talia meruerūt. Sane puelle i domo patris familias studio sciebāt cursus āni: Festa futura solēnitates mensium: cursus planetarū: causas abreviatorias diei ac noctis: revolutionez pleyadis ⁊ Bootes: circulum dierum: signa stellarum: iudicia futurorū: ⁊ alia que ptinent ad artē superiorū. Apud Romanos maxima in veneratione fuerunt augures: vates: auruspices ⁊ arioli sine quorum scientia nihil incipiebant Et proprium auguruz collegiuz habebant ob eoruz uehemētissimā credulitatē: quā habebāt Cuius rei meminit Juuenalis Satbyra. 6. sic dicens. Caldeis sed maior erit fiducia: quicquid dixerit astrologus: credent a fonte

relatum Hammonis: quoniam delphis ora-
cula cessant. Inuentores omniū scientiarum t
vaticiniorū fuerunt assyrij prisci: caldei: perse:
egyptij: t greci: vt ceteri perhibēt astrologi. A-
pud Tullium libro de diuinatiōe legitur de au
ruspico spurina: qui Julio cesari morē p̄dixit.
Multos pronosticādi repperio modos. In
ter quos prima ac ueridica est astronomia: que
docet cognoscere stellarū cursus: vt docēt ptho
lomeus: bernes: alchindus: t bauenastba be
breus. Unde philosophꝰ primo metheororū
dicit motus celi est perpetuus: t est principius
t causa omniū motuū inferioruū: Et in secū
do de generatione t corruptione sic motus celi
t aliorū planetarū in obliquo circulo est causa
generationis: t corruptionis. Et in libro de se
cretis secretorum in capitulo quō Rex se ōbz
Regere p Astronomiā ait. O Rex clemētissi
me si fieri potest non surgas: nec sedeas: nec co
medas: neq; bibas: nec penitus aliquid facias
sine cōsilio periti in astrorū arte. Scias p certo
q nihil fecit deus gloriosus vanū vel ociosum
in naturis: sed omnia facta sunt probabili cau
sa: t certissima rōne. Et per istaū viā t inquisitio
nem cognouit peritissimus doctor noster Pla
to naturā partiū cōpositarū ex contrarijs quali
tatibus: t coloribus in sua generatione p cōpa
rationē ad res cōpositas t p hoc habuit sciam
de ideis: t rebus formatis. Ne adhibeas fidē
inscipientū dictis: q dicūt sciaū planetarū diffi
cilē esse: t q nemo poterit ad eā peruenire: isti
nesciunt quid dicāt: qr apud potestatē intellect⁹
nihil est difficile: t cuncta sunt scibilia ēt in via
rationis. Sunt t alij non minus stulti q dicūt
deum cuncta preuidisse: t ordinasse ab eterno
vnde dicunt: non prodest futura prenoscere: ex
quo ōbēt necessario euenire: Quid igitur valet
sciētia stellaruū. Isti tñ similiter manifeste er
rāt. Dico igitur q t si quedā necessario sunt vē
tura cū tamē p̄sciunt: leuius tolerātur: pruden
tius declinant: t sic quodāmō euitantur: qr eo
ipso q que futura sunt in nostra sunt noticia: et
prouide t discrete transeūt sine molestia t ma
xima lesiōe. Uerbi gratia qñ hyems se prepa
rat nimis frigida: homies p̄parāt hospitia cali
da: optima idumenta: carbones: t ligna cōpa
rant: t sic se de alijs multis premuniunt: t pp
hoc veniente hyeme a frigore non ledunt. hoc
etiā faciunt i estiuo calore: per frigida enim ciba
ria t rem species euadūt estatis feruorē. Simi
liter etiā qñ prescire possumus annos famis t
indigētie: per ꝺseruationē frumentorū: t, puidē
tiam rerum minus moleste t leuiter substine-
mus tempus famis. Confert ergo multū ven
tura prescire qr melius declinant. Et qr posſ
sunt homines qñ futura prenoscunt destinato
rem excelsum tantū p̄cibus fatigare: q p suaū
potētiā futura ab eis auertet mala: t aliter ordi
nabit. Nō. n. predestinauit. quod sue potentie
in aliquo deroget. Possunt siquidē homes di-
uinā clemētiā deprecari oratiōibus: p̄cibus: de
uotionibus: ieiunijs: sacrificiis elemosinis: et
multis alijs bonis: t sic de cōmissis veniā pe
tere: t ploratēs pro reatibus penitere. Tunc
est verisimile q deus omnipotēs ab eis remo-
uebit quod trepidāt: t formidant. Redeamus
ergo ad predictum sermonē. Sciendū est q A
stronomia diuidit i duas partes. In ordina-
tionē celorū: t spherarū: in dispositionē plane-
tarū: i diuisionē signorū: t in elongationē eorū
t in suos motus. Et ista pars Astronomie uo
catur scia. Secūda pars ē de qualitate: t ō mō
cognoscēdi motū firmamēti: ortū signoꝝ: super
rebus euntibꝰ ante q̄ fiant sub firmamento lu
ne. Et hec secūda pars dicit Astrologia siue
sciētia iudiciorū. Et dignior pars astronomie ē
scia ō tribus rebus. videlicet. De spheris: pla
netis: t signis. Scias igit q stelle fixe t plane
te sunt mille t. xxix. ō quibus tradā tibi ad ple
nū cognitionē i quadā parte istius operis. Ytē
phūs cōposuit libū astronomie: vt recitat liber
qui dicit nouē iudicū vt patebit in tertio libro
ō physionomia nostra ō planetis. Et hoc qō
diximus ō Astrologia siue astronomia est pri
mus modus iudicādi. Secūdus modus ē geo
mantia dicta a geo qō est terra t mantia quod
est diuinatio. Hec fit per punctationē in arena
aut farina. Fit ēt in charta cū atramēto linean
do t colligēdo. Cuius fundamentū t origo su
mit ab astronomia ō qua paulo ante diximus
nā hoc omne qō mouet ab aliquo mouet 8ª
phisicorū. Est aūt hec geomātia astronomia in
ferior: t quēadmodū p superiorē: eodeū modo
p hanc futura predicūtur. Auctores aūt quos
in hac vidi ac imitatus sum sunt hi: haly. Ge-
rardus cremonensis: tondinus. Barholome⁹
ō parma: aliqū: noia: quoꝝ nūc me latēt. Que
autē dicta sunt ab his: quos numerauī iudico

esse vera: non tantum per eorum dicta quantum experientia mei. Et propterea in hūc presentem diem decreui componere librum huius discipline deo fauente. Tertius modus iudicādi est physionomia: que denotat per membra exteriora qualitatem anime: per membra animaliam: situs ⁊ positiones figuraruz: contemplatione quorum fortunam ⁊ infortunia cognoscimus: vt in hoc opere patebit: ⁊ ostendunt: Loxius: Philemon: Palemon: ⁊ Aristoteles in sua physionomia ad Alexandrum: ⁊ in physionomia methaphorica cuius initiuz est. Quorum anime secuntur corpora ipse secundum se ipsas non sunt impassibiles a motibus corporis. Et ait ad Alexandrum: Considera ⁊ cogita quid pretendat physionomia idest norma cuiuslibet: quem uis recipere in tuaz familiam. Galenus preterea: Auicenne: Rasis in secundo ad Almansorem: Conciliator: Albertus magnus de animalibus. Zacharias ac Hieronymus de Manfredis Bononiensis in libro suo propter quid: multa de hac arte pertractarunt. Et Michael sauonarole composuit speculum physionomie: vt ipsemet testatur in libro de balneis in prologo. Idem fabricauit Antonius cermisonus illustris physicus ac medicus: vt dicūt. Et philosophus i primo de animalibus in prio capitulo. xxvij. nono decimo: ⁊ in problematibus particula decima problematuz sexagesimo problemate: et i primo de partibus animaliuz capitulo secundo. Et etiaz de partibus animaliuz libro secūdo capitulo quarto de hac arte scripsit duz ait Habent eniz sensum nobiliorez: quorum humor tenuior: ⁊ sincerior est. Tamen physionomia diuiditur a nobis quinq modis. Prima dicitur methaphorica Secunda de membris. Tertia de planetis. Quarta de lineis in fronte existentibus sicut inferius in processu operis patebit: Est etiam quinta que dicit physionomia confusa: quaz in presentiarum non indico ⁊ precipitur in hoc opere: Quartus modus indicandi est chyromantia que pars est physionomie de qua etiaz nunc agimus. Quintus modus pyromantia: que fit cum pila cerea proiecta in ignem congruuz: ⁊ sue forme transmutatione a septentrione ab oriente ⁊ occidēte ⁊cetera. Alij a scintillis fuligine generatis iudiciū sumunt. Alij circumuoluunt ipsuz lebetem vbi carnes aut alia coquuntur cibaria. Alij a fumo ab ipso igne causato iudicia colligunt: si sit a dextris seu a sinistris. Sextus modus est spatulamantia: accepto enim osse byrci recenter interfecti aliqui iudicant quibusdam liniamentis. aliqui secundum qualitates ⁊ motus ⁊ formaz spatularuz. alij iudicant cū pellibus animaliuz. Septimus modus est hydromantia: que supra aquam fit: aliqui sumunt iudicia per cumulos aquarum. alij dicūt hoc fieri oleo aque admixto. alij ymagine cerea: alii candelis accensis ⁊ in aqua fluentibus ⁊ candele sint ceree. At nectaneus: vt de eo legitur: cum conca aqua plnuiali plena: ⁊ nauicula proiecta in ipsam que fugam ⁊ exilium denotauit ad Philippum Regem Macedonum fugit: ⁊ dicunt eum iacuisse cū Olympiade matre Alexandri. Octauus modus est aeremantia: idest quidam effectus aeret per quos affertur scientibus iudicium. Nonus modus ē necromantia: hoc fit euocatione vmbrarum mortuorum: aut cum ossibus cadauerum: seu medullis: ⁊ ymaginibus. Et inspectione a pueris aut feminis pregnantibus facta in speculo chrystallino: seu amphora aqua plena: sub luna: aut alijs planetis. alii candela accensa iubent inspicere. aliqui policis vnguem perspici malunt. alii i vase olei nucum pleno spectare iubent. alii fabricant annulum cum diuersis signis: ⁊ caracteribus sub diuersis planetis. Sed in his non multum temporis conterā ne siz nimis longus. Decimus modus sunt auguria: que animalium fiunt obuiatione: aut garritu: seu volatu auium. Inquit Plinius auguria ex auibus primuz comperta dicuntur a Carando Rege. Michael scotus inquit in libro eius physionomie Auguria per diuinationem hominis aut alterius animalis accipiuntur. Etiam ex auditu vocis constant auguria. Et augur vtrunque sexum continet viri vel femine. Per huiusmodi scientiaz res future a longe demonstrantur. Et huius scientie signis singula i genere vnus quisq; iudicare nouit. Unde sciendum est: quedam auguria bonum denotare: ⁊ quedam contrarium: quamobrem dicimus auguria numero. xii. esse instar duodecim celi signoruz. Caldei astronomie peritissimi, inter augures primi habiti sunt: Multi diuinatione quadaz

futura predicebant actu auguris sacris scilicet ꝛ alijs quibusdam icātationibus: ꝛ mala auertere ab hominibus: ꝛ bona afferre augurīa norant. Insuper somnia ꝛ prodigia interpretari consueuerunt teste Diodoro libro tertio. Alīq inter auguria sternutationes ponunt ꝛ somniū

Undecimus modus diuinationis sunt somnia antecedentia: quorū interpretes fuerūt assyrij ingenioſi: Indi: Perſe: ꝛ Caldei: nec non antiquiſſimi hebreorum ſicut eſt ſirnachā somniorum iterpres Regis indorum. Baranta sōniorū iterpres ſoaniſam Regis perſarum. Inter egyptios Carphaz interpres ſomniorum Pharaonis Regis egyptiorū. Joſeph primus ſomniorum fuit interpres apud hebreos: vt teſtatur Juſtinus i trigeſimo octauo libro. Et etiā Daniel cum affirmatione Auguriorū ꝛ ſomniorū hāc diſciplinā ſuis dictis illuſtrauit: exēpla inſerendo. Diuinus hyppocrates i libro de regimine acutorū libro primo. Et galenus cōmentario decimo ſeptimo Illo paragrapho. Quorum videlicet omniū a deo ꝛcet. hanc artē confeſſi ſunt. Et idē Galenus i lib° Cum ergo quantitas diuerſitatis: Exponit q̄ ars augurandi vera eſt: ꝛ futura prenoſcit. Inquit ipſe. Sed venite interrogemus quoſdam diuinos alkeumos: ꝛ ſignificat ſermone: ſuo illos qui aſpiciūt exta victimarū: ꝛ eos qui ſomnia interpretant. Somnia ipſa ſunt a deo ſublimi emanantia: Licet Macrobius diſtiguat inter ſomnū iſoniū ꝛ viſionē. Hyppocrates libro ſomnioruz iquit. Ex iſomnys ea nobis bona ſunt: que ad vltimā noctis partē ſomniātib⁹ nobis ſe offerunt. Et raſis i ſuis affoziſimis libro ſecundo de verbis hyppocratis inquit: q a ſomno territus ſurrexerit hoc ei multiens accidit: vt vel moziatur: vel pecuniā amittat. Hoc tangit Auerroys: ꝛ albertus magnus i libro de ſomno ꝛ vigilia: q̄ medici ex iſomnijs qualitates humorū: ꝛ diuerſitateſ egritudinū dignoſcūt. Jnqt Auicēna i ſecundo canone capitulo de vrina: Quidaz homo ſpleneticus ſomniauit q̄ precipiebatur ei i ſomno: vt vrinā ſuaz biberet omni die ter: ꝛ ſanaretur: quā rē exptus ē ꝛ inuenit rē mirabilē. Auerrois dixit i libro de concordia iter Ariſtotelē ꝛ Galenū de generatione ſanguinis. Jnqt Galenus: quoniaz habebat magnā egritudinē i vena: que ē iter duo fragma ꝛ epar ſomniauit q̄ liberareť ſi minueret ſibi de vena que eſt inter pollicez ꝛ indicē: poſtea minuit ꝛ liberatus eſt. Hoc idem tangit Auicenna .4. primi capitulo ō flobotomia auctoritate galeni. Alij ſalem i menſam proiectuz obijciunt. alij oleum: alij vinū offerunt. De ſomnys mentio fit apud Valeriuz maximū libro primo capite quito. Et apud Sueto niuz: oū ſcribit ſomniuz Julij ceſaris qō mortem ſuam premonſtrauit. Etiam dixit Valerius De mandane filia aſtiagis que ſomniauit vitez natam ex eius genitalibus vmbra ſua totā aſiaz occupare: que res portendebat Cyruz ex ea naſciturū qui pulſo aſtyage auo omnem aſiam poſſideret: que res ſomnium non fruſtrata eſt. Hoc idem dixit de Olympiade alexandri matre: que per quietē vidit: e temoribus ſuis vitez emanātez: que totuz orbez vmbrabat: ꝛ vſq; ad celuz tendebat. Vltra ſubticeo: que per quietem boibus apparuerūt futuros ꝛ quidem veros euentus oſtendentia. Duodecimus iudicandi modus antiquorum eſt litteramātia: que hoc modo fit. Si tu ad aliquē locū iter capere volueris: aut aliquid peragere deſtinaueris: cuz fueris extra ciuitatez: vel eo i loco vbi quid tractare volueris. Interroga primuz virū vel mulierez: quez vel quam inuenies: quo nomine nuncupetur. Si nomen eius incipit ab aliqua iſtarum literarum ſcilicet. a. e. i. o. u. proculdubio inuenies: quod reperire cupis ꝛcetera. Alij nomen duorum litigantiuz inter ſe, accipiunt quā libet litteram cum numero ſuo computando: ꝛ per numerum nouenariuz diuidendo ꝛcetera. Alij de coniugio iudicantes diuidunt per ſeptem: ꝛ hec ariſtoteli ꝛ Pythagore attribuuntur. Huius rei auenaſrha doctor hebreus meminit. Cuius dicunt fuiſſe moſem primum repertorem. Si ſuper infirmo iudiciū ē ferēdū nomē egroti ꝛ patris ꝛ genitricis ſumit' ꝛ planeta dñans. i. dñs eius diei q̄ fuit egritudinis ſicut ſupra diuidendo litteras ꝛc. Tertiusdecimus modus Solmantia nuncupatur: tunc fit quādo arbori ſolares cura attentiſſima ab aliquibus denotantibus iſpectantur: ſic ex colore ſolis properantis ad occaſium: vt per ariſtotelem notatur ſuperius allegatum vigeſimaſexta particula problematum problemate .6. ꝛ in libro de ſignis aquaruz ventorum ꝛ tempeſtatum. Decimus quartus modus eſt venaman-

tia vt testantur obstetrices de nodo Salamonis in fronte puerorum existente. Decimus quintus modus est nomantia a nomine distinguendo per singulas domos: hunc modum danieli attribuũt ꝛ sancto scādiano babilonico cuius librum habeo sed i presenti reperire non possum. Sextus decimus est vmbilicomantia .i. scientia que fit per vmbelicum in egressu puerorum. ex utero matris: quam habeo gratia mee genitricis: que (citra adulationez eloquar) omniuz obstetricum huius seculi peritissima est. Multe nostrates matrone se ei plurimum debere aperto ore fatentur ipsamqz mirificis extollunt laudibus. Hoc cōciliator asserit particula. x. super problematibus Aristotelicis .p. blemate. 46. ex auctoritate Albumasaris i primo suo introductorio dicens. Ex parte nutricis cognoscitur per vmbelicum quid mulier debeat parere in uita ꝛ reliqua ꝛc. Idem testatur michael scotus in suo de procreatione hominis libro. Multos alios auctores ad rem nostram facientes adducere possem quos propter nimiaz dicendi prolixitatem nunc omitto. Multa in medium materie exempla afferre possem: ꝛ experientias ab idiotis ꝛ doctis factas narrare: sed timeo ne sim verbosus. Sunt aliqui super galinarum expilatione considerantes: qui si eas a capite prius expilare inceperint tempestiue serendum esse asserunt: Si uero a posterioribus inceperit expilatio serotine serendum esse censent. Tamen experientia est clara: videmus rusticos predicere dispositiones temporum ꝛ signa stellarum nec non signa lune. Insuper inquit Galenus primo pronosticorum commento septimo. Sermo arati in luna est: q quando extremitas superior manifeste inclinat se significat vētos septentrionales: Et si est expansa significat ventos australes. Cum felles caput sibi aut inferius aut superius lauat temporis mutationem manifestare presumitur. Asinus auriculas quasi sans futuram indica: pluuiam vt aiunt rustici. Anseres per siccam currentes terram expansis alis ꝛ collo ita gestientes ac si aqua mergerentur: proximaz pre se ferunt pluuiā. Aliqui deimantia vtuntur: hoc est diuina reuelatione mediātibus angelis ad nūcianduz missis bis: quibus deo visum est esse aliquid enunciandū. Alij mensium kalendas inspiciunt. Quod si ianuarie kaléde i die dñica inceperint hyemē calidam ostendunt: ver humidū: estatē calidā ꝛ ventosam: autumnum ventosum: furmenti vtilitatem: annonam bonam: mellis sufficientem habundantiam: vuarum vberrimam copiam: legumina multa: fructus ceteri peribūt: pugne erunt ꝛ pax fiet. Et consequenter de alijs diebus ꝛ mensibus ꝛce. Alij solmantia: quaz etiam supra tetigimus vtuntur. Ut si die dominica sol clarus descenderit ad orizontem: clarum erit tempus vsqz ad diem iouis. Cuz vero die iouis sol clarus occiderit. vsqz ad diem dominicuz serēitas habebitur. Alij: vt coqui: velando ignem si cinerem proiectum ruere viderint pluuiam pronunciāt. Si vero contingat cinerē non moueri: nec ruere: serenitatem futuram dicunt. Alij cum caro salita humectatur pluuiam diuinant. Alij ventis in prima ebdomada augusti pugnātibus: quem ventum viderint i illa suprastare: illum toto anno vincere asserūt. Inquit alkirandus in suo libro secūdo de apocrationis in capitulo nonagesimoprimo de pelargos idest ciconia. Omnes species auiuz ab egypto ꝛ lybia ꝛ Syria aduolant ꝛ veniūt in liciam ad flumen qui vocatur xantos ad mare rubeum: ꝛ in eo loco cōmittūt prelium cum coruis cornicibus ꝛ alijs scilicet segirnis ꝛ vulturibus: ꝛ cum omnibus carnes vorantibus: nā ille presciūt tempus: ꝛ adueniunt omnes pelli canorum quoqz exercitus ꝛ in vna parte ripe fluuij aciem parant. Corui autem ꝛ vultures omne sqz sarcophage idest carniuore aues in altera fluminis parte castra collocāt: Sciūt eni dies in quibus debent congredi: Tunc auditur clamor vsqz ad celum: ꝛ sanguis fluens cernitur in flumine: ꝛ multitudo auiū vulnerataꝛ tarū ꝛ prostratarum: Et pariter ingens illaruz depilatio prospicitur: adeoquod ex earum pennis lecti sternunt etiam sibi lectos sumptuosissimos. Post vero belli exitum: qui iudicare volunt vident numeruz auium iterfectarū cuius sint generis: an sint sarcophage plures iteremptę: an pelasgorum ꝛ pellicanoruz minor cecidерit numerus: ꝛ hinc pronostica sumunt ad vite humane vtilitatez. Nam si pelasgorum exercitus vicerit: diuitiarum ꝛ frumenti aliarumqz frugum copiam promittunt. Si autem corui superiores extiterint: Multitudinem ouium: boum aliorumque quadrupedum denunci-

ant. Translatus fuit liber iste alkirandi Cō stantinopoli Manuele imperante anno mun di .6299. anno vero domini nostri Jesu chri sti. 1100. indictione .2. Aliqui aly: qui suam ymaginatiuam habent supra intellectiuam: di cunt: Si vis scire quid tibi somnium pronosti cari velit aperi Psalterium: & prima littera: quam repperies in summitate foli) tibi denota bit quod optas & desideras. A. significat po testatem vel dilectionem .B. potestatem in bello. C. & D. merrorem & mortem. E. & F. progeniem nobilem. G. significat casuz vitiosum. H. amorem mulierum. J. bo nam vitam. k. stulticiam & iocunditatem. Et alia que nolo scribere breuitati consulens. ali qui iudicant secundum q dies natalis domini venerit: Nā si fuerit die solis hyems erit bōa ꝛventosa: estas sicca & bona: vindemie bone & cetera. Et sic discurrendo de die lune & mar tis: & ceteris diebus cum suis iudicijs. aliqui etiaz conati sunt inuenire horoscopuz natoruz: vt alchandrinus philosophus: quem dicunt fu isse discipuluz aristotelis inquit si vis scire quā do homo natus sit: vide computum nominis sui & matris sue: & diuide per. 28. si remanserit 1. vel. 2. erit caput arietis. Si vero .3. vel. 4. e rit finis arietis. Et sic de alijs numeris discur rendo per totum Zodiacum colligendo per quandam suam tabulam cum numero compu tato cum suis litteris: quam non pono & per istum modum iudicabat & fortunia & infortu nia viuentium: & pronosticabat. Quidam etiaz gloriantur se scire signa que sunt sub pannis i coporibus hominum: sicut nigellum cicatrices verucas & alia signa & per istam viam aliqui d ceptores dicūt se esse physionomistas: dicen do tu habes tale signum in tali loco. Ego mul totiens istud probaui: & aliquando inueni ve ritatem: & aliquando non. Et per istam viam multi melancholici sicut bebrei pronosticantur auctoritate Rabi baueniſrba. aliqui per aspec tum hominis: sicut Malyamberazel in suo libro de interrogationibus: cognoscunt signa in corporibus humanis: sicut porrum: nigel lum: lentiginem: rubedinem inseperabilem: & tumorem carnis sub pannis. Inquit idem ba lyambera gel: per aspectum hominis & per si gna in eo apparentia potest quis scire signa tec ta: que habet homo per membra. aspicias ho minem: & si veneris signum in nare habet: ali ud habebit in virga Virili: & aliud in costis a parte sinistra: & aliud sub capillis in pendili. Et si in facie inuenies signum aliud erit in te sticulis. Et si habet in fronte signum aliud ha bebit in pendili. Et si habet signum inter su percilium & palpebras: aliud habebit in vul tu inferiori: & aliud inter vmbilicum & pendi lem. Si habet signum in vultu subtus nares aliud habebit in brachio inter cubitum & hu merum. Et si habet in supercilio: aliud ha bet in pectore. & si habet in manibus signū: ali ud habet in Virga & pēdili. & si videris signū in gula aliud habet in costis a parte dextera. Alij tñ retrogradi physionomiste aspiciūt i as pectu hominis cum quadam sua fatua regula & conātur inuenire signum ascendentis & iu dicant signa coperta: & aliquando inueniunt veritatem per accidens: sed vt plurimum men dacia: Et quare non possunt dicere veritatem dicimus in libro secundo. Aliqui per quan dam suam viam etiam inuenire querunt horo scopum. Et dicunt: Tibi ascendit aquarius: ergo caueas tibi a signo in oculo dextero aut in brachio sinistro. Si autez ascēderint pisces dicunt timidum esse de fronte: vel latere: vel co xa: vel braebio: Et sic procedendo per ordi nem secundum diuersitatem signorum: diuer se iudicant. Insurgunt etiam aliqui ingenioſe procedentes: qui ex litterarum propriorum nominum initio pontificum obitum diiudica re attestentur. Si enim alicuius pontificis no men proprium ab aliqua litterarum ante. F. initium sumat: vita vtiq illius. F. non transi bit. & boc cum ex numero litterarum annorū numerum concluditur. Si autem idem no men proprium sit ab .F. tunc per annos obitum suum diiudicare non inconuenit. Si autem primum pontificatus annum tran sierit ab. f. vsq ad vltimum. a. b. c. a. b. f. vsq ad. f. posse viuere arbitrantur. relictis tamen in connumeratione litterarum bis litteris. h. k. x. y. z. & o. y. Judicatio bec fundatur in ex perientia. Eugenius enim cui proprium no men erat Gabriel decē & septē ānos vixit: Cui si recte aspexeris a. g. vsq ad. F. inclusiue sunt decem & septem littere. alij etiam ex vmbilici li neis iudicare nituntur: inter quos est Ptho lomeus philosoph⁹: & pōtius gallicus dicētes.

Qui habet vnam lineam in vmbilico: significat scientiam. Qui habet duas sub vmbilico plures vxores. Si tres multos filios denotat. Si quattuor vitam promittunt diuturnã. Si quinq magnam sublimationem aut magnum honorez. Si sub vmbilico duas lineas inequales quis habuerit significat hominem malignum adeo vt de ipso minime sit confidẽdum. Multa alia dicere possem sed huic itro ductorio nostro finem iam imponere volens: de his que dixi contentus: finem faciaz. Nec q̃ hec diuinandi ars in omnibus modis ꝛ partibus suis vera sit plures rationes adducam: cum satis superq̃ de hoc disseruerit ꝛ copiose Dominus Magister Alexander Achillinus in omnibus artibus adeo excellens vt nõ humanus sed diuinus potius iudicandus sit: in libello quodaz: quem mihi sua benignitate dedicauit: Ad eum autem librum studiosos: qui curiosiores esse voluerint remitto: ibi enim: si quid dubietatis habuerint: remittent: artesque diuinandi veras: ac firmissimis fundamentis munitas pro certo reputabunt. Ceteruz est vt in quot libros opus nostruz diuidatur quid ue in vnoq̃ libro tractemus enarrare conemur: vt facilior sit ad hanc scientiaz perspiciendam aditus. Diuiditur ergo Anastasis nostra i sex libros. In primo libro cuius tractãtur aliqua capitula ꝛ veluti cõmentaria pertinentia ad dictam artem: que generalia erunt: ꝛ vniuersalia In secundo vero libro ponentur capitula particularia a capite vsq̃ ad pedes de omni mẽbro gradatim: cũ diuersis quesitis factis per discipulum nostrum Augustinum i hac arte peritissimũ. In tertio libro dicetur de physionomia planetarũ: ꝛ de lineis existentibus in fronte incipiendo a Saturno. In quarto libro ponetur dialogus in Chyromantia cũ diuersis quesitis ꝛ disputationibus contra Anthiochũ cesenatẽ Chyromanticuz ꝛ multos alios: interrogãte etiã Augustino nostro. Quintus liber certa continebit capitula: cum Chyromãtia Conciliatoris: ponentur etiaz multe ac varie nostre additiones: ꝛ hec vocabitur Chyromãtia magna. In sexto ꝛ vltimo libro tractabimus de Chyromãtia parua cũ capitulis distinctis ꝛ recollectis i chyromãtia magna. Et sic finis ẽ introductorij nostri: ꝛ earũ rerũ: que in singulis libris ꝓtinẽtur.

¶ Eiusdem Bartholomei Coclitis Bononiensis Liber primus Physionomie Et sue Anastasis. Cuius caput primum demonstrat q̃ anima sequitur corpora lem complexionem: Et quod prudentia nostra euitare fata possumus.

a ¶ Academici ac peripatetici philosophi testanturq̃ anima nostra habituz corporis sequitur. Inter quos omniũ peritissimus Plato: ita i physionomia sua similitudinaria dicit. Homo qui mẽbra similia habet alicui animali illius sequitur naturã. Exẽpli gratia: qui nasuz habet acquilinũ hic moribus aquilinis vteꝫ: hoc est magnanimitate: crudelitate: rapacitate. Qui vero vultũ sicut canes hispani habent: tales iracũdi ꝛ loquaces iudicant a metoposcopis. Exẽplificat preterea de pluribus alijs animalibus vt in ꝓcessu patebit. Mirifice etiam probat hoc Bulielmus cõmẽtator physionomie Aristotelis: Ingens Galenus i tractatu primo de innamentis mẽbrorum dicit corpora gialiũ sunt instrumẽta animarũ: que sunt i eis: vt per ea ꝛ p diuersitatẽ mẽbrorũ suorũ explicet illud: quo i diget anima. ꝛ ũc necessariũ ẽ q̃ mẽbra corporis cuuslibet modi animalium sint cõueniẽtia dispositioni anime illius animalis hec Galenus. Sicut igitur diuersa animalia habẽt animas diuersimode i suis affectionibus dispositas: ita habent diuersimode membra disposita ad sequẽduz cõuenienter suas affectiones. Et vt igt Cõmẽtator primo de anima diuersitas animarum facit membrorum diuersitatẽ: vbi dicit q̃ mẽbra leonis a mẽbris cerui nõ differũt nisi propter anime diuersitatẽ: ita q̃ quia anime humane i diuersis mẽbris diuersimode i suis passionibus disposite sunt: ꝛ corpora hominũ diuersorum diuersimode disponũtur secundum diuersas dispositiones animarum. Oẽs.n. operatiões ꝛ passiões aie videnꝫ eẽ cũ corpore: qõ maxie pz i passiõibꝰ aie ꝓcupiscibilis: sic sunt: ira: mãsuetudo: timor: misericordia ꝛ reliqua huiusmodi: que nõ fiunt absque motu locali cordis dilatationis ꝛ constrictionis: ꝛ absque physica alteratione: quod patet per

signum: quia secundus q̄ homines sunt diuersarum complexionum ⁊ differenter in alterationem incurrunt: ⁊ in his passionibus differenter se habent. Sunt enim quidam qui fortibus ⁊ manifestis periculis superuenientibus nullatenus prouocantur ad iram propter eorum flegmaticam complexionem frigidam ⁊ humidam non aptam ebullitioni: ⁊ aliqui in talibus nihil timent: sicut qui multum sanguinis habent: ⁊ corda calida. alij autem paruis ⁊ debilibus causis superuenientibus cito incitantur ad iram quorum corpus est faciliter irascibile: ⁊ sere ita dispositum: vt in colericis accidit habentibus corda calida ⁊ sanguinem leuem qui facile sursum mouetur. Et ad huc hoc manifestum est magis in his qui sunt timentes quando nulla causa timoris imineat: vt accidit in melancolicis: qui sunt frigidi ⁊ sicci: ⁊ pauci spiritus: ⁊ modici caloris in corde: in quib⁹ pp ter vapores melancolicos nigros ascendentes fantasmata ⁊ apparentie terribiles fiunt: inducentes timorem: hec Caietanus in primo de anima ex alberto. Quia igitur in scientiis non solum proceditur a priori: siue a congnitione causarum ad cognitionem effectuum: sed etiam econuerso a posteriori scilicet a cognitione effectuum ad cognitionem causarum: ⁊ hoc in omni genere causarum: vt patet ex libro priorum. Ex dispositionibus igitur corporum a posteriori congrue potest argui dispositio animarum. congrue igitur processerunt philosophi in tradendo physionomiā ⁊ dispositiones corporis ⁊ per hec postea indicarunt de moribus ⁊ dispositionibus mentis. Unde Plato dicit q̄ pueris ⁊ adhuc iuuenibus existentibus cum ad huc mouentur motu celi ⁊ non ductu rationis: considerandum est ad quam artem siue mechanicam siue liberalem sunt magis inclinati: ⁊ in quo magis delectentur: ad hoc enim vt dicit: sunt dispositi a natura ita q̄ si in illa arte nutriantur in illa peritissimi euadent. Si autem se exerceant in alijs nunquam erunt babiles inclinatione naturali in contrarium reluctante: hec Plato. Unde Aristoteles in predicamentis capitulo de qualitate assignans differētiam inter passiones: ⁊ passibiles qualitates dicit. Illas qualitates ⁊ passiones anime: que mox in nascendo fuerunt scilicet: que nascuntur cum hominibus ⁊ sunt a natura vt est de natura ire ⁊ huiusmodi iste inquam vocantur passibiles qualitates quia sunt difficulter pretereūtes ⁊ omnino immobiles. Difficile est enim mores naturales immutare: qui scilicet insunt ex complexione naturali: ⁊ influentia celi Dic enim Plato anima vero est adeo super materiā vt eam non attingat elementorum procella ⁊ iniquitas certantiū qualitatū: nunq̄ rursus ex eo inquinabitur q̄ alienam aliquam ⁊ nature sue aduersam quandoq̄ suscipiat qualitatem que noxiam ipsi inferat passionem. Primum nāq̄ subiectum passioni expositum materia ē: per quaz ⁊ quantitas ipsi immersa ⁊ qualitas quantitati coherens exponitur passioni: Quo circa essentia illa que est a materia separata id est potentia separabilis nullam habet in se ipsa potentiam per quam alienum quicquam ⁊ hostile suscipiat vnde passioni subiaciatur hec Plato in quinto theologie capitulo quinto vnde Galenus ho tegni sermonē faciens de naturali cordis complexione: que per signa ⁊ moribus iudicatur: dixit se de moribus sermonez non exprimere sm exercitatorum philosophiā: sed primo ⁊ principaliter de moribus i quibus homines naturali quodam instinctu inclinantur: ⁊ ad fortuna preparantur bona. Licet enim celum nō possit agere in animam humanā directe: eo q̄ nullum corporale potest agere directe in spirituale: Ideo de futuro sibi poterit prouidere. Unde Ysaac quinto febrium dicit q̄ anima rationalis dignior est stellis: quarum actio minime ei accidet nisi in ignorantie vinculo fuerit inuoluta. Nihilominus potest agere in ipsam indirecte agendo in corpus: ⁊ organa virtutum sensitiuarum: que sunt ipsius anime instrumēta: quibus sic vel sic dispositis anima i suis operationibus naturalibus perficit vel deficit ab eisdem. Patet igitur quod signa corporalia physionomizandi de moribus hominum naturalibus magnam inducūt probabilitatē lz nō necessitatē. Cuius scie vt superius i introductorio nostro recitauimus Zoxius apud antiquos summus metoposcopoz fūdator et princeps extitit huic phylemon: ⁊ palemon ⁊ Zopyrus secuti sunt. Archiphysionomū ēt dicūt fuisse Hermetē tremegistū: vt narrat gulielmus nurice physionomie cōmētator. huius quoq̄ discipline pfessor: pricepsq̄ pipateticoz Aristoteles: vt i introductorio nostro dictuz est:

rent illam passionem naturaliter: vt quando a/liquis irascitur accidentaliter irascibile signum idest dispositio signif: cans iram naturalez supple fit signum eiusdem idest q aliquis irascit accidentaliter: ꝛ ita ira naturalis: ꝛ ira accidē/talis habent idem signum: ꝛ eādez dispositio/nem in facie. Licet in facie iracundi naturaliter istud signum sit permanens: In facie vero irati accidentaliter: Sed passiue transiens ꝛ recedens. Causa autez quare ex passionibus naturalibus: ꝛ innaturalibus siue accidentalib⁹ causatur eadem dispositio: ꝛ idem motus i facie est: quia licet cause remote dispositionis ꝛ motionis faciei naturalis permanentis ꝛ accidentalis ꝛ transeuntis: sicut alie diuerse. Cause tamen propinque ꝛ imediate ad quoruz idētitatem precipue sequitur idemtitas effectum sunt vtrobiqz eadem per eius euidentiam. Est sciendum q licet vnus ꝛ idem effectus nō possit habere nisi vnam causam propriē: ꝛ immediate: ꝛ hoc in eodem genere cause: nihilominus potest habere diuersas causas remotas quarum alique sunt proprie: alique per accidens: alique intrinsece alique extrinsece: dum modo tamen per accidens ad causas per se ordinentur: tunc enim est idem effectus vtrunqz: Qui quidem effectus potest esse causa immediata alicuius alterius effectus: cuius quidem effectus iste cause remote sunt etiam cause: q quicquid est causa cause: est causa causati sicut patet in exemplo de sanitate que potest fieri a nature: ꝛ etiam ab arte quia a medicina tanqz a causis remotis eo q debita proportio humorum in corpore: que est causa immediata sanitatis potest causari a natura: ꝛ etiam a medicina. Sic dico in proposito de dispositionibus faciei. Eadem enim dispositio potest prouenire a passionibus naturalibus. ꝛ accidentalibus tanquam a causis remotis: cum ab illis causis remotis possit prouenire vnus effectus que est causa immediata illius dispositionis: siue cum accensio sanguinis fiat naturaliter: siue accidentaliter semper erit accensio sanguinis: ꝛ ebullitio: que est causa per se ꝛ imediata rubedinis in facie. Similiter siue aliquis habeat ex nimia potatione vini dispositionez ebrij in facie: siue ex passione naturali: tamen spiritus ꝛ humores ex quibus ista dispositio immediate causatur: equaliter disponuntur in ebrioso naturaliter: ꝛ ebrio accidentaliter ratione nimie potationis. Licet enim nimia potatio vini per accidens faciat talem morem in facie: causa tamen per se ꝛ immediata talis moris inducitur: ꝛ excitatur: a vino sicut ex rasura capitis inducitur per se causa salutis: ꝛ sic de omnibus alijs effectibus ꝛ causis per accidens. Semper enim istud quod est per accidens oportet reduci ad per se. Ex predictis potest p positum sic probari: ex similitudine dispositionum faciei easdem causas per se ꝛ immediatas habentium conuenienter potest argui similitudo passionum per istas dispositiones signatarum. Cum ex identitate per se: ꝛ imediatarum causarum conuenienter arguatur idemtitas effectuum. Sed dispositio faciei naturalis designans aliquam passionem naturalem: et est similis dispositioni accidentali designanti eandem passionem ineſſe accidentaliter: ꝛ habent easdem causas propinquas ꝛ immediatas: licet habeant diuersas causas remotas igitur cōmētator ex similitudie dispositionū faciei accidentalium: ꝛ designātiū aliquā passionem ineſſe accidentaliter ad dispositiones faciei naturales potest conuenienter argui similes passiones ineſſe naturaliter in habentibus similes dispositiones naturaliter. Si ergo rubedo in facie significat iracundiam accidentalem: vel ebrietatem accidentalem: verisimiliter potest argui q rubedo faciei naturaliter significaret iracundiam vel ebrietatem naturalem. Et hoc etiam voluit Rasys. vbi dicit: cuius hominis facies faciei ebrij scilicet accidentaliter assimilatur ebriosus est: iracundo autem irascibilis est: Qui autem verecundo inuenitur similis verecundus est. hec ille. Ex predictis patet q Aristoteles non contrariatur sibi hic: ꝛ supra vbi improbauit modum philosophādi antiquorum ex moribus apparentibus i facie physionomizati. Quia antiqui ex talibus apparentijs accidentalibus etiam semel apparentibus: ꝛ ex vna sola statim iudicabant aliquem habere passionem istam naturaliter: quam similes apparentie consequuntur. hoc autem tanquam falsum Aristoteles improbauit. Non enī seqtur si aliquis pro vna vice ex aliquo accidente ē bylaris ita de alijs ꝛc. Nihilominus ex talib⁹ apparētijs i diuersis in aliqua passione accidētaliter cōstitutis: quā gdē passionem tales

apparentie ꝛ diſpoſitiones conſequuntur: poteſt argui probabiliter: q̄ ille qui habet tales diſpoſitiones in facie accidentaliter: habeat ēt illas paſſiones: que huiuſmodi diſpoſitionem ſequuntur naturaliter: ſic ex quo videmus q̄ omnes timentes accidentaliter: quantumcūq; ſint audaces naturaliter ſemper pallent i facie q̄diu ſunt in actuali timore: veriſimiliter arguere poſſumus q̄ pallidus naturaliter ſit timidus naturaliter. Et hoc itēdit hic Ariſtoteles Unde nulla eſt cōtradictio hic ꝛ ibi.

¶ Capitulum ſeptimum quare eſt q̄ hominum mores i diuerſis regionibus naturaliter diuerſificantur.

Iendum eſt. (vt dixi) ſuperius: capitulo primo q̄ licet celum non poſſit agere i animā directe tamē poteſt idirecte: q; in corpus: qđ eſt anime inſtrumentū: ſecūdum cuius diuerſitatem in ſuis diſpoſitionibus diuerſificatur anima i ſuis actionibus ꝛ paſſionibus naturalibus vt patet in prehabitis: vt ꝛ philoſophus ꝛ omnes legittimi auctores. Unde fit q̄ homines diuerſarum regionū: ꝛ aliquando non multum diſtantiū propter diuerſum influxum cēli ſunt diuerſarū diſpoſitionū in corporibus ꝛ etiam operationibus ꝛ per conſequens diuerſorum morum i alijs. Unde vnaquęq; prouincia habundat i ſuo ſenſu. Et hyppocras i libro de aqua ꝛ aere ꝛ regionib⁹ dicit. Et quē admodum i forma corporee differunt figure ita quoq; neceſſe eſt eos differre animi qualitate: ſunt eni iracūdiſſimi ouri inculti atq; agreſtiſſimi. hoc antē ex multa cōmutatiōe parua quoq; ſtabilitate: ſic habitatores Europe fortioris animi q̄ qui aſie ſunt: ocium quippe ac pigricia ex aeris equalitate prouenit: per quam inequale eſt anime ꝛ corporis robur. Labor ꝛ exercitiū tollerātiam preſtat. Quies autem ꝛ requies timorem ꝛ ignauiam. Labor vero ꝛ exagitatio animoſitatē miniſtrat. Quare Europe habitatores ꝛ militia gaudent: ꝛ pugna: cuiq; ſubiici vel humiliari reſpuentes. Differūt hac primo varietate. Secūdo vero q; einſdē Europe terre pars altera eſt magna altera vero parua. hic aūt profūditas: hic quoq; planicies. Rurſus ꝛ i tēporib⁹ mutatio parua. Et iſtud videmus ad oculos de germanis: ꝛ quibuſdā alijs ipſis ꝓpinqs: quos ꝓ eor reuerentia noiare nō audeo: qui tamē nō ſunt gallici: eo q̄ gallici pro maiori parte germanis aſſimilant i cōditionibus infraſcriptis. Qui quidē homines vt plurimū ſunt quo ad corpus fuſci nigri macilenti pui: quo ad animā vero aſtuti: doloſi: auari: tenaces meticuloſi: vt etiaꝫ rememorabo i ſo libro iferius. Si ſcire cupis hyſpani oēs appellant Germani vero vt i pluribus quo ad corpora ꝛ animā eor ſunt oppoſitarū cōditionū. Unde dicit Yſidorus ethimologiaꝝ. 9°. q̄ germanie ſunt nationes multe imania corpora habētes: viribus fortes: audaces animo: facie decori ꝛ formoſi comati: ꝛ come flaue: liberales: hylares ꝛ iocūdi: coitū appetētes: ꝛ potiſſime ſaxones: qui i predictis ſunt excellētes: qui dicti ſunt ſaxones eo q̄ valētiſſimum ſit genus hominum preſtantius ceteris: hoſtibus ſuis non ſolum terra ſed etiam mari iſeſtum. Sunt enim ipſis ac ſi ſint ſaxei importabiles atq; duri. Hec Yſidorus. Vult enim Ariſtoteles q̄ aliq̄ in phyſionomizando reſpexerūt ad diuerſa genera animalium ſicut fecerūt primi ſed diſtīgebant ideſt diuerſa ſigna phyſionomie accipiebant ex ipſo genere hominū: ꝛ faciebant electionem ſignorū ſecūdū gentes ideſt reſpiciendo ad diuerſas nationes gentiū quas videbāt differre ſecundū viſum ideſt faciem ꝛ colores ꝛ ſecūdū ceteras diſpoſitiones corporales (vt de egyptijs ꝛ ſcitis ꝛ tracib⁹ q̄ multū in iſtis differūt. Uel aliter ſecūdū viſum ideſt ſecundū diuerſos aſpectus celi vt ait Gulielmus nurice ꝛ bene ꝛ quaſi vult dicere q̄ iſti accipiebant electionem ſignorum in ipſis hominibus diuerſarū regionū diuerſas diſpoſitiones corporū ꝛ diuerſos mores animarū habentibus iudicādo q̄ homines aliq̄ vni⁹ regionis ſunt: q̄ b⁹ aliquando contingit eſſe ſimiles in diſpoſitionibus corporum hominib⁹ aliarum regionum: aſſimilantur etiam eis in paſſionib⁹ animarum. Ut ſi aliquis germanus vel gallicus diſpoſit⁹ in corpore: vt Lombardus morigeratus vel etiā e conuerſo. Exemplificat autem de egyptijs tracib⁹ ꝛ ſcitis: qui ſunt homines diuerſarum regionū multum differentes in corporibus ꝛ etiam in naturalibus moribus. Sunt enim Egyptij homines inhabitantes Egyp

mꝫ secūdꝫ Ysidorum introrsus ꝛ procedunt ad Ethiopiam. In qua quidem Ethiopia secundum Plinium libro quinto: ꝛ precipue monstruosi uigent homines. Nam quidam solem orientem ꝛ occidentem versus dira imprecatione idest maledictione intuentur continue idest maledicunt solem propter eius ardorem eis valde grauem. Alij dicti troglodite idest pigmei specus excauant ꝛ illos i loco domorum habitant serpentes ꝛ omne inadipē comedūt: quibus stridor potius est q̄z vox. Alij dicti sunt garamātes velut pecudes ꝛ hi sunt matrimonij expertes: passim cuꝫ mulieribus diuersis habitantes. Alij dicuntur garfasantes icedūt nudi ꝛ nullo exercitio occupantur. Alij dicūtur blemii q̄ traduntꝫ capita non habere: sed os ꝛ oculos habēt pectori infixos vt etiam audiui a fide dignis. Sunt ꝛ Sathyri figuram solū habentes humanā: quo ad mores penitus sunt inhumani. Et vt idē Plinius dicit libro sexto. Sunt alij canem pro rege habentes ad cuius motus augurizantes faciunt quod videt. Sūt ꝛ alij qui erios siue terios dicuntur: habere credūtur isti i fronte oculos. Quidā etiam ex eis leones venantꝫ ꝛ pantheras ꝛ de eorum carnibus viuunt: Quorum Rex vnum solum oculuꝫ habet i fronte. Alij locustis solis viuunt fumo ꝛ sole induratis: ꝛ bi armis non cedunt nec verberibus. Hec plinius. Uerum isti eiusdem speciei sunt cum hominibus vel ad presens. Traces sunt homies traciam habitantes: que est quedaꝫ prouincia grecie multas gentes barbaras tenens vt dicit ysidorus ethimologiarum. libro decimoqnto. Scite vero sunt homines scithiam ihabitātes: que est regio maxima multas prouincias ꝛ regiones continens in qua multi monstruosi sunt homines: vt dicit idem ysidorus. De Ytalis nostris: cogita naturam diuersarum gētium ciuitates: castra: prouincias: ꝛ de singulis: vt lombardi mutinenses qui quidem diuulgati sunt fatui vel ignei cerebri. In tuscia Senenses. Ferrarienses asinini more regunt rudibili. Oportet itaqꝫ diuersificare indiciuꝫ in idiuiduis secundū diuersitatem ciuitatum. Exemplum pono: habeo duo indiuidua: que habent signū liberalitatis ꝛ fidelitatis: Unum ex istis idiuiduis est Lombardum: ꝛ alterum Tuscū: ex parte patrie: etbruria inducit infidelitatem ꝛ auariciam. Lombardia agit contrarium differentiā enim pono. Sūmam nāqꝫ differentiam oportet etiam fieri ex parte parentū si possibile est vt puta: Signum fatuitans video in isto cuius parentes ex natura sunt fatui: vt accidit i patria mea: iudica ergo intensiue esse signuꝫ ꝛ nō remissiue ꝛ econuerso. Habemus in ciuitate nostra bononiensi quatuor affinitates que quasi omnes sunt fatue. Tamen due sunt adeo fatue q̄ habent cerebrum ꝛ intellectum vanum cum rudissima credulitate ꝛ huiusmodi non sc̄apti ad litteras nec ad arma: sunt enim sine vlla vtilitate cum maxima auaricia. Alij sunt feroces ꝛ ferentis cerebri: proni ad arma ꝛ ad debellandum inimicos. Primos voco fatuos bedanos: ꝛ alios dico fatuos feroces. Cane igitur in iudicando (vt dictum est) patet ergo intentum Aristotelis: q̄ in diuersis regionibus propter diuersum aspectum celi diuersificantur homines: ꝛ in dispositionibus corporū ꝛ in naturalibus passionibus animarū: Ideo scribit philosophus in libro de secretis secretorum ad Alexandrum. Scias q̄ non creauit deus creaturam sapientiorem homine. ꝛ non colligit i aliquo animali quod i eo collegit. ꝛ non est reperire i aliquo animalium consuetudinez vel morem quem non inuenias i homine. est autem homo audax vt leo: timidus vt lepus: largus vt gallus: auarus vt canis: durus ꝛ auster vt corvus: pius vt turtur: malitiosus vt leena: priuatus et domesticus vt columba: versipellis ꝛ dolosus vt vulpes: simplex ꝛ mitis vt agnus: velox ꝛ agilis vt capreolus: similis ceruo in colore ꝛ quibusdam aliis dispositionibꝰ: humilis vt pardus: piger vt vrsus: preciosus ꝛ carus vt elephas: vilis ꝛ stolidus vt asinus: rebellis vt prauus Rex: obediens ꝛ humilis vt pauo: garulus vt structio: vtilis vt apis: dissolutus ꝛ vagabundus vt caper: idomitus vt taurus: recalcitrans vt mulus: mutus vt piscis: rationabilis vt Angelus: Luxuriosus vt porcus Malicioſus vt bubo: Utilis ut equus: Nociuus vt mus: Et vniuersaliter non reperitur animal seu vegetabile seu originale seu minerale nec celum seu planeta nec signum nec aliquod ens ex omnibus entibus habens aliqꝺ proprium quin id reperiatur in homine: ꝛ pp ter hoc vocatus est minor mundus. hec Aristoteles.

¶ Capitulum octauum de emptione captiuorum t est Rasys: t Maly abbas.

a Rabes non emunt seruos sine consilio physionomi atq; chyromātici. Inquit Rasys: In primis captiui color cum summa iteri diligentia oz. Color enim cum i rubedine minuitur capitis infirmitas vel splenis vel stomachi significatur: vel q emorroydas patiatur: a quibus sanguinis effluit multitudo. Post hoc vero totius corporis supficies i loco claro t luminoso considerari debet. Ne morphea subtilis i ipso fuerit: vel ipetiginis initiū occultari possit. Morphea.n.i sui initio valde ē occulta. Ipsa nāq; tūc non est nisi albedo vel nigredo subtilis: que paulatim procedendo cum sui additiōe cōplet: Impetigo quoq; nō ē aliud i suo initio nisi crispitudo que loco accidit cum additione semper que de die i diem crescit. Preterea si i aliquo loco corporis nerui vl' coctare similitudinē vel signū aliquod habuerit: cum summo studio cōsiderandum est ne i hoc loco forsitan habuerit albaras propter quas cōbustus sit vel excoriatus vel tractus vt occultari posset. Que cum senuerit: vel longi fuerit tēporis tincturā quasi debilem amittet: t amplificabit albaras vltra locū coctare t excoriationis. Cūq; nerui dubitatio occurrit: ipse i balneo ponat: t cū aqua calida fortiter prius fricetur: t cū semine alusuen t bauracb atq; aceto. Deide cōsideret etiā si in loco i quo coctura vel excoriatio fieri non solet: fuerit coctus vel excoriatus suspectior haberi debet: ideoq; magis fricari debet. Preterea summitas t extremitas coctare cū magna ingsitione considerari debz. In his enim locis euidentius apparet Postea vero queratur quod querēdū est: t qō dicit sciat. Deide vero capitis pili atq; totius corporis cutis cōsiderandi sunt an sit i ea furfur vel rubor. Auditus quoq; acuitas perquirēda est t verba ipsius t sensus attēdēda sunt. Pupille etiam sunt considerande an sint i magnitudine equales: eiusq; visionis acuitas t aliditas: que i oculis est claritas considerāde sunt. Cum i eis est fuscus color turbiditatem participās lepre designat. Et quādo i eis ē citrinitas egritudo epatis significat. Et quādo vene rubee multe t manifeste sunt i eis patit sebel. Palpebre quoq; eius considerāde sunt si multe sint t cito mobiles. Grosse autē si sunt plerūq; sunt scabiose vel sunt ad scabiē prepārate. Que vero graniter mouentur: t difficile sunt male. Oportet enim illum cuius talis est dispositio: suas quādo a somno excitantur tādiu fricare palpebras donec aperiant' oculi Lacrimali quoq; qō a parte naris est exprimēduz ē Decurret enim forsitan humor ab eo occasiōe fistule si ibi est. Pili preterea palpebrarum t ciliorum oculorum perquirendi sunt: Si enim fuerint rari: malū significabunt: t propie si cū boc raucus fuerit: t faciem habuerit rubeam. Deide cū magna diligentia anbelitus p os t nares attendat' ne malus sit ibi odor. Narium quoq; figura cōsiderat'. Magne .n. forte si fuerint fistulaz i se cōtinebūt ideoq; i sole conspici debēt. Itēq; anbelitus attēdendus ē si sit facilis. Dentiū preterea modus obseruādus est: videlicet si sint recti t fortes t mundi t si aliq eorum mouent' vel corroduntur. Dentes enim fortes diu permanent. Minuti vero vel debiles cito cadūt. Preter boc quoq; totius corporis debilitatē pronosticant'. Deinceps eius collum si est equale: t comprimat': Et videat' si est ibi aliquis locus tumidus: vel cicatricem habens. Fortassis enim glandule ibi erunt: ex quibus scrophule cito generabunt'. Pectus p terea attendat' si est amplum t multas habēs carnes. Paruum enim si fuerit t macrū: t spatule fortis pminuerint phtisis significabit'. Post bec vero supinus iacens statuat': t totius eius venter perquirat': attendēdo si tumor vel dolor inueniat' ibi cū comprimitur: t precipue i loco epatis: t splenis: t oris stomaci. Deinceps p̄cipiat' ei vt icedat. Cuius gressuz attendatur virtus. Deinde aliquid cōstringere iubeat': t sue constrictionis fortitudo cōsideret': debilis enim si fuerit oium nerozz debilitatē demonstrabit. Postea vero precipiatur vt currat: t attendatur an post cursum asma ipsum inadat: vel tussis. Manus preterea ipsius t pedes ad inuicem comparando respiciant'. Una enim fortasse altera maior inueniet'. Junctura quoq; dispositio consideranda est si ad motiones scilicet preparate sunt. Deinde crura sunt ispicienda an in eis vene magne t grosse: t ample inueniant': ex bis enim varices t alephātia sepe accidūt. Alia etiā omnia que in cōplexionibus

attendenda fore diximus ad has adiuuant cognoscendas. Dixit enim haly abbas in eodē capitulo de corporis figura. Corporis aūt indicanda est figura compositione bona eoꝝ ad inuicem proportione i quantitate spissitudinis magnitudinis paruitatis cōgrua: vt non sit quidem caput grossum subtile collū: pectus strictū omniaqꝫ membra ad inuicem dissona: vt bis paruis: illa sint magna: vt si quidem caput paruum collum grossum: pectus ab his diuersuꝫ aut capite paruo totū est corpus magnū: t longum: pedes breues aut econtrario. Hec omnia in natura inuenire mala uisui turpia. Sic ergo membra adinuicē collata bone proportiōalitatis in magno: t paruo: in macie: t pinguedine in longo t breui. Si enim sic membra inueneris sanitatis signa t bone figure t bone cōpositionis. Debinc linguam scrutare t visuꝫ t loquere ei vt respondeat: vt cuius sit sermonis t facundie cognoscas. Sed t pectus diligenter intuere: ne forte sit illis contortuꝫ: aut parua super ipsum caro malū hoc enim plurimū huiusmodi asma t tussis accidit. Si vero cū his quoqꝫ pectus strictum fuerit: t spatule fluxe: vt quasi alas videatur habere: dorsumqꝫ fuerit incuruuꝫ huiusmodi phthisiꝫ non effugiet: maximeqꝫ si est adolescens: aut inuenis est etate catarriqꝫ fient illi qꝫ plurimi. Debinc etiā manus ispicias t coniunge: ac visu cōmensura: t si alteram altera minorem inueneris: aut vtrāqꝫ breuem: quemadmodū manum quam medici assimilāt t configurant manibus lupiculi malū est: t ab actionum phibet bonitate: imo etiā turpe: hec Rasys t haly abbas primo theorice.

¶ Capitulū nonū de hoīb⁹ temperate nature t ē Conciliator.

Ius statura inter tres dyametros obtinet equalitatez: t iter pinguedinē t macredinē similiter habitum obseruat mediocrē. Color eius est albus rubeo permixtus: cutis subtilis splendida: manus t pedes in omnibus dispositiōibus medij: Caput corpori proportionabiliter: grāde toti corpori vt spera cerea manib⁹ vtriusqꝫ leuiter compressa. Figurant nares erecte: linealiter t perpulere: t oculi caropoti inter nigrum t varius medijqꝫ. In qbus humiditas clara inexistit. Et pilus in dispositionibus medius: t ad vnum corpus omne mediū reperietur: Similiter t in his que sunt ex anime parte: vt in moribus t alijs tempatū inuenif. Et huic dispositioni opposita contrariū protestantur.

¶ Capitulum decimum eiusdē de equalitate t est Aristotelis ad Alexādrum.

Quior vero t tēperantior creatura cui cōuenit mediocritas statuf t nigredo oculorum t capilloruꝫ t rotunditas vultus: albedo vero cōmixta rubedini: t fuscus color temperatus cū itegritate corporis: t rectitudine statute: t mediocritate capitis in paruitate: t magnitudine: in raritate verboꝝ nisi cuꝫ necesse fuerit: mediocritas in sonoritate vocis t sublimitate. Quando etiam natura declinat ad nigredinez t croceitatē tunc optima est tempantia: t creatio hec placeat tibi: Hanc habeas tecū: t ego interptor quidem per modum seperationis: tu autez ipsum temptabis in rectitudine intellectus.

¶ Capitulum. xi. de homine bone nature t ē Aristoteles ad Alexandrū secundū aliā translationem antiquam.

Ale vero est optime memorie. i. intellectus t bene cōpositus in natura qui habet carnes molles humidas: medias inter asperitatem t lenitatē: mediocris statute habens vultuꝫ rubeum suffusum albedine: habens etiā mansuetum aspectuꝫ. Cuius capillos planos esse oꝫ. Habens mediocriter magnos oculos: t declinantes ad rotunditatem. Et caput mediocriter magnū cū equalitate: collū bene disposituꝫ Cuius humeri declinant ad inferius: vel habens declines humeros: carens carnositate circa crura t genua: habens vocem mediocrez inter vocem acutā t grossam: habens palmas lōgas cum longis digitis declinantes ad subtilitatem: moderati risus. Cuius aspectus commixtus est letitie: t iocunditati.

¶ Capitulū. xij. de physionomia signoꝝ sapiētis philosophi: t est Conciliator.

f Tatura ipsius erecta cuꝫ carnis equalitate colo⁹ albus modica rubedine participãs. Capitis figura ipsi inest antedicta magna sufficienter ⁊ expansa: oculi inter varios ⁊ nigros quorũ intuitus letanti est similis: manus quidẽ plane cũ digitorũ diuisione ⁊ modesta articulatione. Capilli iter multos ⁊ paucos: medij inter planos ⁊ crispos subnigros ⁊ flauos ⁊ mediocris barba ⁊ pulchra ⁊ sufficienter rara: hec conciliator.

¶ Capitulũ. xiij. de significatione vt superius ⁊ est Rasys.

c Vius signa sunt ꝙ eius statura est erecta: carnis quoqꝫ tenet eq̃litatez: ⁊ est albus parũ habens rubedinem admixtã. Capilli cuius inter multos ⁊ paucos ⁊ planos ⁊ crispos sunt medij: ⁊ nigros: ⁊ rubeos. ¶ Manus quoqꝫ sunt plane digitos habentes diuisos. Frõs etiam est magna: ⁊ oculi inter varios ⁊ nigros sunt medij: molles quoqꝫ sunt. ⁊ eius intuitus ridenti vel gaudenti similis inuenitur: hec Rasys.

¶ Capitulum. xiiij. de physionomia signoruꝫ boni itellectus ⁊ nature: ⁊ ẽ cõciliator.

c Vius caro lenis est ⁊ mollis cũ paucitate iter crassiciẽ ⁊ macredinem tendens: Facies ipsius nõ multã participat carnẽ. Eius sꝯ spatule aliqualiter eleuate: venter ⁊ dorsus nõ carnosi. Extrema decenter extẽsa. Statura media: mitis aspectu. Eius color inter albuꝫ ⁊ rubeum medius: interlucidus ⁊ clarus. subtilis cutis. Capilli medij. Et ei sunt oculi antedicti scilicet vt dixit in capitulo duodecimo.

¶ Capitulũ. xv. De significationibus corporum calidoꝝ: ⁊ est Rasys.

b Ec citissime crescunt: que ⁊ tangentibus calida occurrunt: ⁊ macra existũt: ⁊ gracilia. Vene quoqꝫ eorũ manifeste sunt: ⁊ motus velox: ⁊ omnia que in eis considerant velocia Obstinati preterea sunt: pauci somni multoruꝫ capilloꝝ crisporũ: ⁊ in nigredine intẽsoꝝ. Eorũ color Ruffus: atqꝫ rubeus cũ obscuritate q̃ dam. Et hec Rasys.

¶ Capitulũ. xvi. De significationib⁹ corpoꝝ frigidorum. ⁊ est Rasys.

b Ec tarde crescũt: capilli quoqꝫ tarde eis nascuntur: hebetis existẽtes ingenii: ⁊ timidarũ operationũ. Pulsus eoruꝫ parvus: ⁊ anhelitus occultus: tangentibus apparẽt frigida. Et hec habẽtes corpora: nõ sunt i coitu potentes: ⁊ sunt parũ generãtes filios: debilis desiderij: ⁊ multi somni. ⁊ hec Rasys.

¶ Capitulũ. xvij. de significatione corporũ humidorum: ⁊ ẽ Rasys.

b Orum motus multũ inuenit lenis eoꝝ quoqꝫ caro mollis ⁊ membra laxa. iuncture eoꝝ ⁊ ossa occulta. Virtus similiter pauca: ⁊ parum patientes laboris: ⁊ cũ laborant velociter dissoluunt: ⁊ velociter i eis apparet ex labore dissolutio. Corpulenti pterea sunt ⁊ multuꝫ dormientes ⁊ debiles: ⁊ paucos habentes pilos. ⁊ hec Rasys.

¶ Capitulũ. xviij. de significationibus corporũ siccorũ. ⁊ est rasys.

b Ec corpora aspera sunt ⁊ macra ⁊ dura ⁊ fortia: ⁊ multũ rigida: ⁊ multi patientia laboris. Quoruꝫ iuncture ⁊ corde manifeste: multorũ sunt pterea capillorũ ⁊ pilosi. ⁊ hec rasys.

¶ Capitulũ. xviij. de significationibus corporum calidoꝝ ⁊ siccoꝝ. et est rasys.

b Ec corpora in vltimo plurimis habũdãt capillis nigris ⁊ spissis Macilẽta quoqꝫ vltimo reperiuntur. Que ⁊ tãgentibus calida occurrũt: cutis habẽtia spissitudinẽ: ⁊ asperitatẽ: ⁊ nervos fortes. Que corda habent manifestiores ⁊ ossa ⁊ iũcturas: ⁊ sunt pancioris sõni: Et pulsus in eis sunt velociores ⁊ motus similiter ⁊ tactus caliditas ⁊ sunt audaciores ⁊ obstinatiores. Et hec rasys.

¶ Capitulũ. xx. De significationis corporuꝫ frigidorũ ⁊ humidoꝝ. et est rasys.

b Ec vltimo tãgẽtibus mollia sentiunt ⁊ a pilis denudata: ⁊ capillos habentia lenes: ⁊ venarũ angustiam: ⁊ iuncturas occultas: ⁊ sunt corpulenta multã habentia pinguedinez. Et laxa multũ habentia somniũ: pigri motus eoꝝ ⁊ tardãtes. Corporis autẽ frigidi et sicci

ꝛ calidi ꝛ humidi: diſpoſitiones ex ſimplicium diſpoſitionib⁹ mixte ſunt. Ex quibus compoſite fuerunt quemadmodum ſcilicet vni eaꝝ appꝛopinquant: aut inter eas media exiſtunt. hec Raſys.

¶ Capitulũ. xxi. de ſignis bone cõplexionis ꝛ ſenſibilis ꝛ eſt Ariſtotelis in methaphoꝛicis

¶ Textus.

f Ygna bene nati: caro mollioꝛ nõ boni habitus nec valde pinguis Que ſunt circa muſculos ſcapularum ꝛ collum macriora: ꝛ ſunt circa faciem i colligata: que ſunt circa muſculos ſcapularum ad inferioꝛa remiſſa. Que ſunt circa coſtas bene ſoluta: ꝛ ſecundum dorſum non carnoſus: Coꝛpus album rubeum ꝛ purũ. Cutis ſubtilis: pili non valde duri nec valde nigri oculus karopus humidus.

Cõmentum.

b Je Ariſtoteles ponit ſigna bene nati. i. bene cõplexionati ꝛ ſenſibilis. i. hominis boni itellectus ꝛ bone nature ꝫ q dicit Raſys libꝛo ſuo ſo. Et ſunt ſigna decem. Primum ẽ mollicies carnis temperata tamen ꝛ non nimis relaxata: qualis relaxatio carnis eſt in mulieribus: que oſtendit flegmaticã ꝯplexionem. Unde intelligendũ ẽ: vt inquit Egidius Romanus in ſecũdo de anima cõmẽto. 94. q duplex reperitur mollicies. vna que rara ꝛ bene diſpoſita: ita q non ſubterfugit tangẽtẽ: ꝛ talis bona ẽ: qꝛ oſtẽdit temperamentũ pꝑ primaꝝ qualitatũ refractionẽ: vt vult phũs in ſo ð anima. Et Galenus in primo de cõplexionibus Reliqua vero in mulieribus ꝛ in indiuiduis male cõplexionatis. Et eniꝝ bõi habitus ideſt carnis paucitas ꝛ non multitudo nimia ſꝫ mediocris. Et iterũ mediocritas eius in graſſicie ꝛ macie: ita q teneat mediũ inter macrũ ꝛ craſſum ſiue macilentũ. Et iſtud idẽ dicit Auerroys. 4. colligetb ꝛc. De ſignis temperate cõplexionis totius coꝛporis: ꝛ cõciliatoꝛ vt dixi ſuperius in capitulo. i4. ꝛ. i2. ꝛ Raſys i. iꝫ. capitulo pꝫ vt tꝫ Galenus i afforiſmis vt iferius patebit. Secũdũ ſignũ eſt q partes circa muſculos ſcapularum ſcilicet cum quibus mouentur ſcapule: ꝛ etiã circa muſculos colli non debent eſſe nimis pingues ꝛ carnoſe. Eſt autẽ muſculus ipſius motus voluntarij ꝛc. vt patebit inferius. Tertium ſignũ eſt q partes faciei non ſint colligate imo ſint bene diſtincte ꝛ ordinate quo ad ſitũ ꝛ figuram. Quartum ſignum eſt q partes circa muſculos ſcapularuꝫ verſus collum ſint eleuate ꝛ admodũ graduꝫ deſcendant iferius remiſſe ꝛ baſſe: ideſt nõ nimis alte: nec ſint incõpacte ꝛ ponderales.

Quintum eſt q partes circa coſtas. ſint bene ſcitte. i. bene diſtincte ad inuicẽ: vt diſcerni poſſit. Uel bene ſoluti. ſ. a carnibus vt nõ ſint: carnoſe nimis vt patebit in ſuo loco. Sextũ ẽ habere dorſum vt predixi de coſtibus. Septimum eſt coloꝛ mediꝰ inter albedinem ꝛ rubedinem: clarus ꝛ purus ꝛc. Octauũ eſt ſubtilitas cutis que eſt de ꝑcipuis ſignis temperate cõplexionis. Unde etiã Ariſtoteles lib. de animalibus dicit: q inter omnia animalia cutis hominũ eſt clarior alias rarioꝛ ꝛ magis tenuis: ꝛ q cõplexio hominũ inter alias eſt tẽperatioꝛ. Nota documentũ generale q ſubtilitas cutis arguit tennitatem humoꝝ et ſpirituum ꝛ per cõſequens ſubtilitatẽ igenii cum debito inſtrumento applicato ꝛ cognoſcitur ex colore non accidentali ꝛ claritudine ipſius ꝛ a rugis ꝛ eoꝝ motu precipue in facie in cogitãdo et mouendo muſculos: ꝛ etiã i manibus ꝛ extactu ꝛc. vt dixi. Nonũ ſignum eſt q pili nõ ſint nimis duri nec nimis nigri ſed medium inter molliciem ꝛ duriciem ꝛ inter nigredinem ꝛ rubedinem: ita dicit Raſys ꝛ hoc etiam videtur velle Auerroys quarto colliget cap. vbi ſupra dicit q pili habentes cõplexionẽ tẽperataꝝ ſũt flaui tendentes ad rubedinem tempore puericie ſed tempore iuuentutis erunt nigri. Idem ſentit Auicenna ba primi in capitulo de cõplexionis equalitate vbi dicit. Et capilli iter pilo ſuatem ꝛ lenitatem: ꝛ criſpitudinem ꝛ planiciem ꝛ in tempore puericie trahant aliquantulũ ad rubedinem: ꝛ in tempore iuuentutis ad nigredinem aliquantulum. Decimum ꝛ vltimum ſignum eſt oculus karopus: qui ſcilicet mediꝰ eſt inter varios ꝛ nigros ꝛ mollis humidus ꝛ clarus vt dicit Raſys: vt inferius in ſuo loco patebit. Et huius contraria diſpoſitio habef ab Auicenna ba primi. Fen. tertia capitulo quinto de ſignis eius qui egreditur ab

equalitate superflue idest qui habet malam cõplexionem ⁊ compositionem dum ait. Cũq; eius compositio dissimilis fuerit erit malus ⁊ ingenio sui ⁊ intellectu sicut ille qui magnũ habet ventrem ⁊ digitos curtos:⁊ faciez:⁊ caput rotundum:⁊ staturam magnam:aut ille qui habet caput paruũ ⁊ in facie ⁊ fronte carnis multitudinem ⁊ etiam in collo ⁊ pedibus:⁊ est eiꝰ facies medie sphere similis. Et si ipsius mandibule magne fuerint:erit valde diuersus:⁊ similiter si caput ⁊ frons rotunda fuerit. Sed facies valde rotunda ⁊ collum vehementer grossum:⁊ in oculis motus habuerit tarditatem erit hominibus omnibus a bonitate remotior. Omnia predicta signa superius assignata ab Aristotele sunt temperate complexionis:⁊ bone nature:⁊ boni intellectus Auerroys quarto colligetb de signis complexionis totius corporis inquit ista sunt signa significantia super cõplexionem vniuscuiusq; membrorum principalium ⁊ seruientium ei. Et cognoscẽdo ista ⁊ comparationem vnius ad alterum faciendo cognoscemus totius corporis complexionem temperatum ⁊ distemperatum:eo q; corpus cuius complexio erit temperata erit de necessitate mediocre inter maciem ⁊ grassiciem:⁊ color erit albus mixtus rubedini:⁊ capilli eorum sũt flaui tendẽtes ad rubedinẽ in tempore sue pueritie ⁊ cum sunt facti iuuenes erunt capilli eorum nigri ⁊ tactus tẽperatus inter caliditatez ⁊ frigiditatez:⁊ inter asperitatẽ ⁊ lenitatez Et sensus eorum erit in vltimo temperantie:⁊ intellectus eorum mediocris inter velocem ⁊ tardũ ⁊ hec est via cognoscendi complexionem temperatam. Sed complexionem que exit a temperantia indicabimus ẽ multitudinem signorum:q; illa iudicabuntur ex aggregatione istorum signorum: hoc est ab accidentibus ⁊ operationibus:sicut a crassitie:⁊ macie ⁊ a colore pilis ⁊ aliis similibus. De causis autem istorum signorum quia haberi potest vel ex dictis vel dicendis transeo gratia breuitatis. Possunt nihilominus omnia signa reduci ad temperantiam quartuor qualitatum ad medium reductarum. Ex temperantia enim istarum consurgit temperata complexio ad quam sequitur bona dispositio sensus ⁊ intellectus ita q; potest formari sillogismus ad propositum sic. Illa que puenium ex qualitatibus temperatis sunt signa bone nature:⁊ temperate complexionis ⁊ boni sensus ⁊ intellectus:sed predicta signa sunt ergo etc. vel. Sed membrorum equalitas ẽ huiusmodi ergo etc.

¶ Capitulũ. xxi. de signis isensib ilis et hominis grosse nature. et est philosophi.

¶ Textus

q Ille sunt circa collum et crura carnosa complete: alias complexa: et colligata. Cotile rotunde musculi scapularum sursum expansi: Frons magna circularis et carnosa oculus croceus: Crura circa canilla carnosa et grossa et rotunda: mandibule magne carnose lumbi carnosi. Crura longa: collum grossum: facies carnosa sufficienter: motus autem et figuram: et mores in facie secundum similitudinem accipiũ.

¶ Cõmentum.

s Superius nuncius nature physionomizauit de signis bone cõplexionis et bone nature: Inter hec ponit habentem signa oppositarum conditionum scilicet illius qui est grosse nature et mali intellectus: quales sunt bebetes et stolidi. Et quia stoliditas et insensibilitas causant vt in pluribus ex dominio frigiditatis videlicet in flegmaticis et mulieribus q̃ sunt viris stolidiores et diminute rationis et discretionis: et diminuti iudicij quo ad itellectuz. Quare etiam philosophus primo politicorum dicit: cõsiliũ virorum esse perfectum: puerorum incompletum: mulierum inualidum. Verum ẽ quantum ad sensum tactus possunt enim talia frigora substinere: que nullus vir substinet: vt ipsi in byeme asprissime in aqua et pedibꝰ nudis incedunt et non leduntur. Similiter prouenit stoliditas ex dominio frigiditatis: vt tenet in melancholicis. Signum hoc est i asino Cum igitur quasi dicit omnia signa posita proueniunt ex frigiditate precipue ex humiditate vel ex siccitate. Et hoc generale signum sit i documentis nostris pro secundo libro iferius Ponit hic multa signa que itelligere oportet ex opposito dictorũ: que superius allegauimus

t sunt signa duodecim. Primū est habere circa collum t crura carnosa cōpleta idest multuz Aliqua littera non habet completa sed cōplexa: t colligata idest male distincta t inordinata. Et ista distinctio itelligitur ad totum caput t precipue faciem: vt p oppositum patet i prehabitis sic aut bona dispositio t ordiatio istaz partium probabilitatem t bonam dispositionē nature: t plenum dominium virtutis formatiue habet super ipsum: sicut per oppositum: mala membrorum distinctio t ordinatio quo ad situm t figuram fit propter idispositionem materie ratione nimie frigiditatis vel humiditatis vel siccitatis propter quod virtus formatiua non potest plene super ipsas dominari. ¶Secundum signum est Cotile rotunde idest genua rotunda a carnositate nimia aut cum multitudine carnis. ¶Tertium signum est q musculi scapularum propter collum sunt depressi t non conditionate formati. Genua sunt ꝯmissiones femorum t crurium: t dicta genua: eo q in utero sint genis opposita. coherent enim sibi ibi: t cognata sunt oculis lachrymarum indicibus t misericordie. Nam a genus genua dicuntur. Deniq; complicatum gigni formari q; hominem dicunt: ita vt genua sursum sint q bus oculi formant: vt cani ac recondíti fiant. Ennius. Utq; genua comprimit arta genua. Inde est q homines dum ad genua se prosternunt statim lachrymant. Voluit enim eos natura uterum maternum rememorari: vbi q̄si in tenebris consedebant anteq; ad lucem uenirent vt tenet Isidorus in vndecimo ethymologiarum. ¶Quartum est. Frons magna circularis idest rotunda t grossa vt tenet Rasys carnosas idest indecentes habens carnes. ¶Quintum signum patet. ¶Sextum ē multa carnositas crurium t circa cauillas t grossicies rotundas. ¶Septimum signum est magnitudo mandibularum ratione nimie carnositatis: vt intendit etiā Auicenna secunda primi vt notaui superius. Gulielmus nurice male exposuit istum dictum dicendo: q p mandibulas intendit labia: licet labia grossa denotent grossiciem humorum vt in secundo libro patebit tamen philosophus hic non intelligit loqui de labijs. ¶Octauum signum est: nimia carnositas circa lumbos nates t coxas. ¶Nonuz signū est longitudo crurium. ¶Decimum signum ē grossicies colli non laudabilis. ¶Undecimū signum est facies cum multitudine carnis laxe ¶Duodecimum t ultimum signum est quod accipitur ex motibus t signis morum t facies: Quales autem sint huiusmodi intelligit secundum similitudinem timiditatis quasi dicat ex quo insensibilis communicat t assimilat timido in causis timiditatis: vt etiam magis videndum est in capitulo de signis timiditatis inferius. Sed potest adhuc aliter exponi vt dicunt t forsan melius q insensibilis accipiat morem t motus t figuram facies: secundū similitudinem alicuius facies: vel alicuius non uentis sēsibus ex aliquo accidente. Vel aliter insensibilis accipit morem t huius facies secundum similitudinem idest tales quales sibi conueniūt secundum conditionem suaz: idest mores grossos t ineptos t penitus distinctos. Istum textum optime exposuit Conciliator sub istis vbis accipiendo ab Auicenna dum ait. Caput ipsius magnum informe: aut paruum: facies magna carnosa rotunda medie spbere similis: mandibule magne t frons similiter: aut in acutum tendens constricta: que circa Collum carnosa compressa: Lumbi carnosi: crura longa: Genua rotunda. Digiti manuum t pedum breues t inarticulati circa pedes eius carnis multitudo: spatule cum carnositate sursum expanse. Venter cum rotunditate forinsecus eminens in oculis eius motus habens tarditatem: t color valde est albus ipsius aut fuscus valde.

¶Capitulum. xxiij. De signis fortis. Et est philosophus in methaphoricis.

¶Textus.

P Illi duri figura corporis erecta ossa coste formantia t extrema corporis magna t venter amplꝰ t contractus ad se: armi lati t distantes: nec valde coligati nec omnino dissoluti. Collū forte nō vehementer carnosuz. Pectus carnosum t latum. Ancha antracta pecten dorsum contractum: oculos karopos: nec valde expansos: nec omniuo clausos: fuscus color: qui est in corpore: acuta Frons erecta non magna non macra non lenis nec omnino rugosa.

¶ Cōmentum.

b Ic philosophus physionomizat ⁊ diuiditur textus iste in duodecim partes equales. Quantum vero ad primam partem ponit signa fortis per modum habitus se habentes secunda ibi pilosi molles ponit signa oppositi sui que se habent per modum privationis ⁊ istud seruat in omni loco: istius operis. Ad primum est duricies pilorum seu capillorum: quod signum est audacie ⁊ fortitudinis corporalis q causatur ex caliditate qua etiam causatur audacia. ¶ Secundum signum est statura corporis erecta ⁊ non inclinata: quod etiam fit ex habundantia caloris vt dicit philosophus vnde cimo de animalibus vbi reddens rationē qua re inter omnia animalia homo incedit erectus dicit q boc ideo est quia est ceteris animalib⁹ calidior. Calor autem facit incremētum sursum per lineam rectam: sicut est etiam motus ignis. Unde etiam in ipso genere hominum: qui sunt ceteris calidiores: sunt quo ad staturam plus recti. Cuius etiam signum est i senibus ⁊ iuuenibus: iuuenes enim propter dominium caloris incedunt plus erecti. Senes vero propter diminutionem caloris incedunt versus terram inclinati. ¶ Tertium signum est fortitudo ⁊ magnitudo ossium costarum ⁊ vniuersaliter extremitatum: que omnia iterum sunt signa multi caloris cum multa tamen humiditate: vt enim dicit Albertus secundo de anima. Calidum ⁊ humidum simul iunctum faciunt magnam diffusionem: cuius signū etiam accipitur: ab etate pueritili: que secundum Galenum: ⁊ Auicennam est etas ⁊ tempus incrementi eo q ista etas est calidior ⁊ humidior propter vicinitatem ad suam originem que est ex calido ⁊ humido. Unde etiam in etate pueritili: que durat per primum septēnium pueri propter excellentiam istarum qualitatum in eis plusq̄ dimidietatem perficiunt sue quantitatis vt dicit Albertus vbi supra. ¶ Quartum signum est venter amplus id est latus ⁊ ad se contractus: id est non expansus nec extensus quasi faciens sicut i piguibus ⁊ ventrosis. Talis enim extensio ventris siue ventrositas quando est nimia ⁊ mollis est signū diminuti caloris naturalis ⁊ dominij flegmatis. Ut enim dicit nuncius nature: piguedo ⁊ adeps est materie animalibus frigidis ⁊ humidis: cuius signum est i porcis q sunt animalia frigida valde ⁊ flegmatica ⁊ sunt ventrosa. Et ait Auicenna secūda primi doctrina 5a cap. 3°. de signis complexionū. Pinguedinis ⁊ adipis diminutio semper caliditatem significat: quoniā piguedinis ⁊ adipis materia sanguinis est ⁊ vnctuositatis ⁊c. ⁊ corpus quidem carnosum absq̄ multa adipe ⁊ pigue dine: est corpus caliduz ⁊ humidū: ⁊ hec Auicenna. Eadē sentētie tangit Joannitius i bysagogis dum ait habūdantia carnis fit ex habūdantia caloris ⁊ humores piguedinis diminutio. ¶ Quitū signū ē armi id est humeri lati ⁊ magni ita q bonū spaciū sit iter eos non tamen nimis magnū: sed moderatū ⁊ boc itendit. Causa aūt magnitudinis humerorū eadem est cū causa magnitudinis aliaz partiū. s. pectoris ⁊ extremitatū. ¶ Sextū est collū non vehementer carnosum ⁊ forte id est neruosum ⁊ satis grossum vult eni dicere q collum debet esse grossum nō ratione carnositatis multe sed magnitudinis ossium colli ⁊ neruorū: ⁊ ē forte.

Ratio est quia sine nerui sunt ad deferendum virtutes sensibiles ⁊ motiuas a cerebro ad ptes alias corporis vt vult Galenus ⁊c. Videtur arguere magnum cerebrū: vt medici ⁊ philosophi tenent: ⁊ precipue quādo aiunt de parvitate capitis: ⁊ tenet plusq̄ cōmētū secūdo tegni cōmēto. 14°. dū igt. Si ergo caput est parvum sequit cerebrū esse parū: ad paruitatem aūt cerebri ⁊ totius capitis segt ventriculos eius strictos esse ⁊ nuchaz ⁊ dorsum: ⁊ costas: ⁊ neruos: ⁊ collū que ab ipso oriunt stricta ⁊ parua esse. vbi eni radix est parua opz illud qd̄ miscet ex ea ee paruū: ad strictura aūt ventriculorū eius segt debilitas operationis virtutis ymaginatiue cogitatiue: ⁊ memorialis: siqdem ipsa sunt organa illaz eo q sicut dicit baly nō erit spiritui animali amplitudo i qua ꝓuerset. hic aūt spiritus est istarū virtutuz organū. Primū qdē liberos eius expetens bñe meatus vt ita ꝓ bibite suscipiat ⁊ reddat formas apphēsibiles. Ad paruitatē aūt nuche segt parvitas: ⁊ tenuitas neruoz motiuoz: ⁊ per illud debilitas motus: adhuc aūt parvitas costarum: Ad quā segt strictura pectoris: ⁊ in anhelitu nocumētū. Segt etiā ad paruitatē cerebri tenuitas neruorū sensibiliū: ⁊ per boc debilitas oīs sensus: ad

omnem enī operationē officialiū mēbroꝝ ꝛ ſpecialiter opationū aialiū: itelligerez ꝺbita forma debita quantitate :ꝛ debito membro. ꝛ ſitu cōpoſite. Scire aūt oꝫ ꝙ paruitas capitis cōcomitās ſpmatis ſeu iſtrumēti paucitatē potuit eſſe: ſicut princeps dicit cum fortitudine virtutis informatiue ſemīis virilis: Quare contingit ipſum eſſe bone figure. ꝛ erit illud minus malū ꝙ ſi cum paruitate fuerit male forme eſt ergo paruitas capitis ſecundum hoc diſtinguibilis in malicie ſue ſignificatione ſecundum plus ꝛ minus. Si magnitudo capitis conſequitur fortitudinem virtutis operantis circa multa ꝛ bona materia eſt cerebri bone compoſitionis ſignum. Si vero conſequuntur ſolum materie multitudinem erit ſignum non bone compoſitionis cerebri: Vult autem per virtutem eaz: que informatiua dicitur a principio creationis inherens ſemini virili cuius proprie eſt hec virtus. Poſtquam capitis magnitudo conſequens fortitudinem virtutis circa multa ꝛ bona materia operantis eſt ſignum bone ꝯpoſitionis cerebri cōſequens autem ſolum materie multitudinez. Et eſt ſignū praue compoſitionis ꝛ per conſequens collum ꝛ cetera membra ꝛ arguit debilitatem virtutis motiue ꝛ ſenſibilis. Si collum eſſet groſſum ratione oſſiuz ꝛ neruorum denotat robuſtiores virtutes ſiue ſint ad deferendum virtutes ſenſibiles ꝛ motinas a cerebro ad partes alias corporis vt vult Galenus (ſicut ſuperius diximus) ſiue ad tēperandum calorem intrinſecuz ad hoc ꝙ det virtutem ſentiendi vt vult Ariſtoteles nihilominus ſemper ſunt ad roborandum corpus. ꝛ ergo magnitudo neruoꝝ ceteris paribus multum facit ad fortitudinez corporis: ꝛ phūs topicoruz 3°. ait Robur exiſtit in neruis ꝛ oſſib⁹ Unde Yſidorus nerui quanto fuāt denſiores tanto propenſius augent finitatem ꝙ autem magnitudo oſſium faciat ad fortitudinem de ſe patz eo ꝙ oſſa ſunt corporis fundamentum: ꝛ motuum ſubſtentamenta vt patet ex anothomijs diuerſorum animalium.

¶ Septimum ſignum eſt Pectus carnoſuz ꝛ latū: latitudo .n. pectoris ſignificat multitudinē ſpirituum ꝛ eoꝝ nobilitatē ꝛ ſubtilitatē ꝛ magnam virtutez ꝛ caliditatez cordis. Unde etiaz pectus hominis vt dicit princeps philoſophoꝝ eſt pectorib⁹ aliozꝝ animaliū latius reſpectu ſui corporis: ꝛ amplius. Cū. n. vt dicit ſpiritus i homine ſint nobiliores: ꝛ ſubtiliores ꝙz i alijs aialib⁹ opz regionē ſpirituuz ſcilicet pectus eſſe amplā ꝛ latā vt ſpiritus habeant locum. Carnoſitates etiā pectoris ſignificāt multitudinez ſaguinis ꝛ per cōſequēs caliditatē cū humiditate. Magnitudo autē calorīs ꝛ ſanguinis ac ſpirituū multitudo ſunt cauſa fortitudinis. Pectus ergo latū ꝛ carnoſum eſt fortitudinis ſignū. Et de carnoſitate pectoris logt etiam Auerroys quarto coligetb ca° de ſignis cōplexionis cordis. Carnoſitas igt pectoris ſignificat ſup ꝯplexionē cordis ꝛ tēperātia cordis: ꝛ tēpātia carnis ꝓ maiori pte ſegt tēpantiā cordis: ꝛ ꝓprie caro exiſtēs i pectore Caro autē ſignificās ſuper tēperātiam cordis non eſt macilenta nec pinguis ſuperflue hec ille. Et bene dicit ꝙ caro ſignificās temperātiā nō debet eſſe macilenta nec pinguis ſuperflue Macilētia. n. ſupflua ꝓuenit ex ſiccitate nimia Pinguedo aūt ſupflua ex nimia frigiditate ꝛ humiditate vnde Raſys lib. ſo debemus inquā diuidere ſiue diſtinguere inter corpus carnoſum ꝛ piguē. Carnis. n. multitudo ſanguinis multitudinē ꝛ calidā ꝛ humidā ſequit cōplexionem. Multa. n. pinguedo humiditatis multitudinem: ꝛ frigidam ꝛ humidam imitat complexionem hec ille. Ex quibus diligens lector cauſam in quo premittit de carnoſitate pectoris habebit: ꝛ magis ample inferius dicet i ſecundo libro de thorace. ¶ Octauū ſignū eſt anchа antracta ideſt ad interius tracta. Et iſtud ſignū ponit Raſys exp̄ſius dicens. anchарū quoꝝ oſſa cū exterius tendunt fortitudinis demōſtrāt multitudinē ꝛ virilitatē: alia vō ꝫz ācha antracta ideſt ad aliud extra ſe tracta ideſt extra extēſa. Et vult dicere ꝙ magnitudo anchарū ita ꝙ aliqualiter exterius extēdat ſic ꝙ illa magnitudo eaz nō ſit rōne carnoſitatis: ſed magis rōne magnitudinis oſſiū ē ſignū fortitudinis: dicēdo aūt ꝙ nō oꝫ eſſe rōne carnoſitatis. Carnoſitas. n. nimia partiū iferioruz precipue in comparatione ad carnoſitatem partium ſuperiorum: eſt ſignum flegmatis ꝛ conſequenter timiditatis: cuius ſignum eſt in mulieribus. ꝛ i viris: Mulieres. n. quia ſt̄ viris frigidiores habent partes inferiores ſic̄ nates ꝛ huiuſmodi plus carnoſas ꝛ groſſiores. Et quanto plus ſum frigide tanto inferius ſunt

magis grosse quod fit vt dicit Alberts bo de anima tractatu secundo capit.3°. qz frigiditas vincens in eis ingrossat nutrimentum ipsoruz quod sua ponderositate trahitur inferius quia membra inferiora i eis multum augentur z ingrossantur. Et contrarium i viris propter calorem i eis vincentez nutrimentuz subtiliare z sursum elevare:ita q parum deorsuz imittitur. Et dico membra eorum superiora sicut colluz pectus spatule per comparationem ad inferiora sunt grossiora. Et boc loquendo de grossicie que fit ratione carnositatis:ratione vero solius magnitudinis ossium membra iferiora debent esse grossiora in viris qui sunt fortes q̄z in feminis vt dictum est. Ponit autem Aristoteles partem pro toto per anchas enim intelligit nates z coxas z alias partes inferiores z posteriores:grossicies enim omniuz istarum partium non ratione carnositatis sed magnitudinis ossiū est signuz fortitudinis: z audacie: vt patet per Rasym secundo libro capitulo de signis ancharuz coxarū crurium atq; pedum.

¶Nonum signum est pecten contractum deorsum ita q sit ratione acutum i inferiori parte z supra versus superius latum vbi continuatur cum ventre debet esse latus i inferiori vero vt dictum est. Est autez pecten proprie pubes inferior z ponitur bic pro illa parte in qua crescunt pubes ponendo contentum pro continēte. ¶Decimum signuz est quod accipitur ab oculis circa quod ponit duas considerationes quarum prima accipit a colore oculorum. Unde dicit q oculus karopus idest bruni seu camelini coloris significat fortez. Et istud signum accipitur a Leone:qui est animal fortissimuz:z habet oculos karopos vt dicetur i suo loco. Et tenendo q Aristoteles det boc signum fortitudinis moralis potest dici q per istum colorem oculi intelligit colorez: qui nō est niger nec subalbus: sed inter istos medius talis enim color significat complexionis primarum qualitatum temperantiam quod patet per Auerroym quarto colligeth capitulo de signis temperantie cerebri. Ubi etiam assignat secundam causam colorum oculorum scilicet qualitatiuam seu complexionalez: z quantitatiuam seu localem. Et qualitatiuaz assignando dicit subalbedo oculi significat frigiditatez crebri z fit subalbedo propter paucitatez digestionis propter quod fit color propinquius colori aque simplicis:nigredo significat caliditatem cerebri quia nigredo fit propter excessus decoctionis adurentis partes terrestres in redominantes medius igitur color inter istos fit ex temperantia decoctionis:que est minor ista que facit nigredinem:z maior ista que facit albedinem:assignando vero causas istorum quātitatiuas seu localeſ dicit q nigredo pluries fit propter multam humiditatez aut quia posita ē in profundo multum sicut tu vides in riuis p fundis:quia propter profunditatem apparent velut nigri eo q non recipiunt tantum splendoris sicut si essent largi z pauci: Oculus vero subalbus est secundum contrarietatem scilicet ex parua quantitate humiditatis:z positione illius ad interius bec ille. Et istas causas oculorum etiam reddit Aristoteles decimonono de animalibus. Ex quibus omnibus patet q color medius iter nigrum z subalbuz fit ex humiditate temperata quantitatiue:z ex temperata caliditate z frigiditate z dicit Jesus baly i libro oculorum capitulo primo in natura oculi z eius complexione. Natura autē oculi propriata sibi est caliditas complexio autem eius naturalis est humida:caliditas aūt eiꝰ propter multitudinem que ei admiscetur de venis z arteriis z ideo est lenis motus: z aliquando frigiditas eius conditioni dominatur: frigiditas tamen non ex natura propriata sibi est. Et ex boc probatur conditio oculi q est calida propter velocitatem motus eius z amplitudinem venarum:z est color eius rubeus z tactus eius calidus. Constructio facta probatur humiditas conditionis eius propter lenitatem tactus z multitudinem humiditatis:z secundum siccitatem conditionis eius est duricies tactus: z est siccitas exiccatiua. Et probatio oculi per colorem:quia oculus glaucus est minoris coloris z ad frigiditatem declinans: z est minoris humiditatis z maioris siccitatis:z propter boc videt de nocte melius:quia humectantur oculi a frigiditate aeris: z ex boc probatur q oculus glaucus est frigide complexionis: vt patet in oculis anglorum: quia frigiditas in regionibus eorum z in tactibus eorum z conditionibus eorum frigiditas oculi eorum sunt glauci. Et boc probatur similiterq; oculus glaucꝰ ē frigidus:q: accidit senibꝰ ō glaucedie

dicendũ est: ꝙ ille sit effoemiatus: sicut hodie faciũt galli ⁊ eoꝝ sequaces. O itali leues: qui ex more gallico indutis ornamenta meretricuꝫ cum pectoralibus inceditis e spatulis discoptis manicis amplis ⁊ circulis aureis circa manus. Facies ẽt nudas fertis ⁊ spatulas: quas aquis arte elaboratis aspergitis. Capillosqꝫ adulterino medicamine suffunditis: Et vt ne in veritate nimis longior sim: ⁊ maxime quia veritas parit odium: vsurpabo versiculum Lucani hoc tempore conuenientez: scilicet cultus gestare decorũ: ius nuribus rapuere mares. Vos tales igitur caueatis: quia si priapus in vuluaꝫ transmutetur sponte ibitis in fornices lupanariorũ. Ex istis signis possumus dignoscere viros effoeminatos: Et etiam cynedos ⁊ precipue quãdo membra correspondent. Indumenta ponderosa ostendunt cerebrum ponderosum: ⁊ leuia leue. Et ista regula iuuat multuꝫ in physionomizando. Unde Suetonius de Cesare dictatore ait. Etiaꝫ cultu notabile ferũt vsuꝫ eniꝫ lato clauo ad manus fimbriato: nec vt vnq̃ꝫ aliter q̃ꝫ super eũ cingeret: ⁊ quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sylle dictũ optimates sepius admonentis: vt male procinctũ puerũ cauerent. Macrobius etiam in secũdo saturaliũ ait. Ciceronem post victoriam Cesaris iuterrogatum cur in electione partis errasset dixisse: precinctura me decepit: Jocatus est enim in cesarem qui ita toga precingebatur: vt trahendo lacinia velut mollis in cederet. Laxiora ⁊ minime astricta fluxaqꝫ fuisse vestimenta parthorũ testis est Lucanus illo versu. Illic ⁊ laxas vestes ⁊ fluxa virorum velamenta vides. Capilli subnigri si sint moderate tenues: vt dicit palemon: ⁊ affirmant Aristoteles ⁊ Albertus nec non Conciliator bonos idicant mores ⁊ bonam hominis complexionem ostendũt. Idez subflaui ⁊ moderate tenues: Solis ⁊ Mercurij naturã i illis esse putamus. Conciliator autẽ dicit: qui autem in capite atqꝫ i reliquo corpore erectos pilos habuerit timidus nunciandus est: sic.n. disponunt ⁊ timentes sunt propterea ꝙ passionibus referuntur. Ut etiam dixi in primo libro ⁊ est Rasys. Et causaꝫ allegat Albertus libro secũdo de animalibus quia humiditas ventosa est causa rectitudinis: quandoqꝫ autez sunt crispi curui ⁊ duri eo ꝙ siccitas in qua agit calor acutus causa est istoꝝ. ⁊ contrahuntur plus in generatione sui propter calidũ ⁊ siccuꝫ ⁊ crispantur quando igni appropinquantur. Et Almansor secundus ait. capillorũ crispitudo qui sursum eleuantur complexionis caliditatem demonstrat. In primis lunam collocamus: In secundis solem aut martem. Capilli siquidem compressi fronti eminentes animũ fortẽ ⁊ brutalem ostendunt: Ursinis pilis ⁊ ferarũ relati. Si autem supra mediam frontẽ resupinati existant reflectentes in cerebrũ calidũ minusqꝫ sapientẽ i bonis virũ significãt qui ⁊ i barbaris referũtur. Si vero ad mediam frõtẽ capillus descendat ex vtraqꝫ parte depressus atqꝫ reflexus: hic nature comparãdus est equine: Capilli iuxta tempora tenues ⁊ rari frigidũ sine viribus hominẽ denũciãt. Ratio eẽ videt ꝙ tẽpora sunt in loco vbi terminant vene ⁊ artarie magne vt dicũt anothomici: ⁊ locus ille est calidus: ⁊ vbi ẽ calor ibi generatur multitudo piloꝝ: qñ sunt rari ⁊ tenues locus ẽ degeneratus a calore: sicut pꝫ i mulierib⁹ que ibi habẽt penuriã piloꝝ. Et si cũ raritate rigidi extiterint timidũ frigidũ profitet. Capilli quidẽ densi circa tempora ⁊ aures calidum hominez ⁊ libidinosuꝫ denotãt. Si autẽ fuerit grossi albiores indociles ⁊ idomitos mores ostendũt: quod i frisonibus refert. Et si sint stabiles nigri vel lutei violentũ idicant animũ ⁊ refert ad apros. Capilli molles ⁊ rari vltraqꝫ mensurã tenues foemininũ animũ sanguine depauperatum ostendũt ⁊ ebethem atqꝫ piarũ: Et quando fuerit rariores magis subdolũ asperũ ⁊ lucri cupidũ hoinem isinuant: ⁊ barbarorum timiditati proportionãt: huiusmodi ⁊ assyriorũ ⁊ sunt extra mensurã auari. capilli autẽ multi grossi atqꝫ depressi cuꝫ pilositate reliqui corporis in puero testantur ipsum cum creuerit melancholiam idest maniam incuerere: Quia quando augentur in etate representant multam adustionem preter naturam: que causat egritudinem fatuitatis. Cumqꝫ linea vltima capillorum fronti imminet animosum talem esse ex hoc ostenditur: ratione caliditatis: et hic Martem collocamus. Si autem econtra a fronte recedant calidum ⁊ praui intellectus demonstrant. Si quidem vltima linea post sinciput ad quod terminantur capillorum origines descendit versus

ceruicem in nequicijs calidum nunciant insipientem in bonis ⁊ libidinosum. Et siquidem vltima linea capillorum ex priori parte cũ longe superior a ceruice est tardum: timidũ: foemininũq; animum demonstrat. Capilli vero flaui longi solares existunt: ⁊ animum habentis eos sic regalem videmus esse. Capilli vero cani venereos mores indicant: Et si in facie Mercurium ⁊ Martem collocare possumus sunt alchimiste ⁊ monetarij omnia etiam mala pertractantes. Si Saturnuz amplectitur incantationes caracteres: atq; nigromantiam ⁊ similes fatuitates indicant. Hec non filios rectos: obliquosq; parient. Et Philosophus de generatione animaliuz ait. Qui autem homo maximum humidissimũq; cerebrum habet: hic solus animalium ita afficitur. Mulieres non caluent quoniaz natura eorum similis pueroruz nature est vtraq; enim sterilis seminalis excrementi est. Spadones etiam non caluescunt quoniam in foeminam mutantur. Et idez quarto capitulo. Quibus igitur hominibus natura pilorũ parum calida est: plusq̃ humoris subit calor proprius nequit concoquere: atq; ita humor putrescit calore aeris ambientis fit enim putredo queq; a calore: sed non suo natiuoque: vt alio loco exposui. Disputationez inter Galenum ⁊ Aristotelez taceo: quia non pertinet ad physionomum. Sed illi qui altius se agit: sufficit nobis ostendere caniciem causari ex cõplexione flegmatica ⁊ a natura propinqua mulierib⁹: qz experimentũ cõcernit.

¶ Quesitum tertium Augustini Discipuli ad eũdez Coclitez Magistrũ. De significationibus Capitis. Discipulus.

¶ Textus.

SNQUIT PHILOsophus in methaphoricis. Quicũq; habent caput magnũ fatui alias insensitiui referunt ad asinos. Quicũq; habent capita pineata inuerecundi ⁊ referuntur ad aues habentes vngues curuas.

¶ Responsio magistri ad discipulũ.

¶ Commentuz.

Septem conditiones seu formas capitis ymaginari possumus. Prima est quod non habeat eminentiam in anteriori parte sed in posteriori. Secunda ꝙ eminentia sit in anteriori ⁊ non in posteriore. Tertia ꝙ careat eminentia anteriori ⁊ non posteriori: ⁊ sit formaliter spherica. Quarta ꝙ tempora sint eminentiora q̃ anterior pars ⁊ posterior. Quinta ꝙ sit in forma pineali. Sexta ꝙ sit maior distantia ab auriculis i anteriori parte q̃ in posteriori. Septima ⁊ vltima ꝙ sit in optima forma: Et de ista intelligit Galenus: Auicenna ⁊ Auerrois primo colliget. ⁊ hec est sententia aliorũ doctorum ⁊ peritoruz: Cuius forma est sicut pila leuiter compressa ab vtroq; latere ⁊ causatur eminentia anterior ⁊ posterior: Et vbi sunt tẽpora sit aliquid planiciei. Vñ Auicenna pr̃ia tertij cap°. x°. dicit. Cognitio v̄o facta b̄m paruitatẽ capitis ⁊ magnitudinẽ ei⁹ ẽ ꝙ oz te scire qm̃ cã puitatis capitis i creatura est paucitas nãe: al̃as materie sicut causa magnitudinis eius est materie multitudo. s. materiei sp̃matis partite i partitiõe q̃ capitis ẽ nãlis. Ampli⁹ si fuerit materiei paucitas cũ fortitudie virtutis formatiue pr̃ie erit bone forme: ⁊ erit min⁹ malũ: eo qđ paruitati capitis adiũgit figure maliciã i creatura. Qđ significat đbilitatẽ virtutis secũdũ qđ ipsuz nõ est expers malicie i forma cerebri ⁊ debilitate virtutis: ⁊ constrictione meatus virtus moralis ⁊ naturalis vel animalis quapropter physionomici dicunt ꝙ hic homo est perfidus: timidus: velocis ire ⁊ hesitans i rebus. Et etiã Auicenna pr̃ia primi: summa prima: doctrina quarta: capitulo secundo de anotomia capitis dicit. Que non sunt ad propositũ nostruz omittunt. Et Rasys ait cerebrum formaz sequit cranei. Paruũ nãq; si fuerit craneũ cerebrũq; paruũ erit. Et si eius figura corrũpit cerebri quoq; figura corrumpet. Quapropter caput i paruitate superfluuz necessario est maluz. Et cuius figura existit feda: sicutque palmarum cisti similis est: ⁊ ipsius similis mala est. Caput autẽ melius est: quod i magnitudie moderatum existit. Decentem habens rotũditatez: que. s. ante ⁊ retro emineat: ⁊ ab vtrisq; aurib⁹ paruaz habet cõpressionez. Hec Almansor

Ait Marsilius ficinus in comentarijs tymei Platonis. Quam necessarius est vsus alimentorum tam optimus est: rectus sermonis vsus. Ut caput carnosum foret: oportebat materiam seminalem: ex qua caput ⁊ cerebrũ generandum erat: esse crassum. Unde crassus quoqꝫ spiritus euasisset: preterea: textura capitis obtusa vaporum exalationem cohibens: caliginosuꝫ spirituꝫ reddidisset. Quod in genitura ex vniuersa carne quomodo libet seminali fuit aridius: coactum est in capitis cutem: ita tutius sine pondere munituraꝫ. Humor autez per iũcturas ceruici proximas scaturiens: cutem hanc dilatauit iuncture vero subiuncte capiti varie sunt: vt caput ⁊ maxille varijs verti motibus possent. Et vbi motus futuri erant magis oppositi: plures facte sunt. Ubi minus pauciores. Musculi sane diuersi in capite: facie: ceruice: collo: sicut ⁊ in reliquo corpore sunt: diuersis vꝫ oppositisqꝫ motibus seruituri. Caput hominis est membrum nobilissimuꝫ. Et vt tenet nuncius nature de partibus animalium libro secũdo capitulo decimo. Caput hominis macilentum carneqꝫ ꝓpe omni exutum esse necessarium est: nec audiendi sunt. Quod si carnosuꝫ est viuacius hominum genus futurum censeant. et in quinto capitulo ait cerebrum hominis proportione maximũ ⁊ humidissimũ est ⁊ exangue. ⁊ in septimo capitulo inquit homo inter omnia animalia plurimũ cerebri habet: scilicet proportione sui corporis: ⁊ inter homines mares plus q̃ꝫ femine: cordis enim pulmonisqꝫ locum calidissimũ ⁊ sanguine refertissimũ homo habet Unde animaliũ homo vnus erectus est calor enim in natura inualescens incrementũ de medio agit pro suo impetu. Itaqꝫ contra multũ caliditatis multũ humiditatis frigiditatisqꝫ opponit quam quidem copia sit: vt capitis os: quod caluariam non nulli appellant: sero ad modũ induceretur: cũ diu calor euaporetur qđ nulli ex ceteris animalium sanguine preditis euenit. Iũcturas etiam plurimas in capite homo habet ⁊ plures q̃ꝫ femine eadem de causa vt locus spirantior sit. calor enim cordis atqꝫ principiũ consentientissimũ sensumqꝫ celerrime facit: cũ sanguis cerebri vllo pacto mutatur atqꝫ efficitur: operationib⁹ cerebri: aut capitis est intelligere ymaginari ⁊ memorari. Et scias ꝙ in parte anteriori capitis sunt duo ventres quibus fit ymaginatio ⁊ in medio ei⁹ ventris fit cogitatio: est enim ymaginatio quasi quedam impressio ⁊ vestigiũ sensus vt narrat themistius tertio de anima cõmento. 158. ⁊ in postremo eius ventre quo fit rememoratio ⁊ per ipsum totũ sunt virtutes: quibus fit regimen: ⁊ iste virtutes infixe sunt in eo: ⁊ sunt forma eius: quod est quia vitalis spiritus vel spiritualis digeritur in retibus suis in ipso cerebro inuolutis ab arterijs: ⁊ generaliter ab eo in cerebro animalis spiritus: ⁊ per istum spiritum fit penetratio virtutis cerebri ad reliqua membra: hec haly secũdo tegni capitulo quadragessimo sexto in paragrapho principalium tamen operationum. Necessariũ est caput habere talem formam sicut maleus: vt dictum est aliter non potest perficere regimen debitũ: scilicet ꝙ pars anterior sit eminens ⁊ postrema similis. Ratio est quoniam ventriculi habent congruam formam ad recipiendum quãtitates spirituũ in omni loco idest pars anterior ymaginari: ⁊ postrema pars memorari: ⁊ in medio ventriculo quando forma ipsius est leuiter compressa nobilior est cogitatiua: quia in illo paruo loco vnio est maxima ad diuidẽdũ congruũ ab incongruo ab obiecto representatiuo in anteriori parte. Quando forma anterior est depressa deficit iudicium. Et quando pars postrema deficit in eminentia: ibi non est memoratiua: ⁊ etiam nucha est compressa: ⁊ neruorũ motiuorum imbecillis esse videtur: ⁊ per consequens totius corporis debilitateꝫ. Si haberet aliã formaꝫ vt dixi est iconueniẽs: ex ista forma de necessitate seq̃t caput magnũ ex magnitudie capitis đ necessitate sequit magnitudo cerebri ⁊ fortitudo ipsius: quãdo causa est fortior: effectus est fortis. Ex fortitudine cerebri ostenditur fortitudo colli ⁊ reliquorum scilicet neruorum: Spatularum amplitudo pectoris ⁊ hyppocũdriorũ ⁊ ossium: vt in primo libro diximus. Idem sentit Joannes Alexandrinus in particula secunda epidimiarum commento tertio quando reperitur talis forma regalis est ⁊ optima quia reliqua membra correspondent. Et ideo dixit Conciliator caput non vltra rationem condignam ad auget sensuꝫ virtutẽqꝫ ⁊ magnificẽtiã denotat. paruo aũt ꝯtrariũ denotat. Uñ syrraci pricipi

optímatum mandant ín ceteros ímperium. Sed vt non nulli referunt: maximum habenti caput: vt ait tarreus ī prouerbijs: formositas ⁊ conditio denotatur. Jacobus quoq; departibus tornacensis maxime laudandus est qui ō hac re elegantissime scripsit super primam fen tertij canonis. Et magnum caput quando est cum figura diuersa: ⁊ cum subtilitate in neruis collum autem viuidum ⁊ subtile ⁊ similiter ín ossibus signum est malitie forme cerebri. Habentes enim magnum caput sunt fatui et stolidi: quod signum accidentaliter est ab asinis sumptum magnum caput habentibus. Et istud est verum quando caput non collo ⁊ corpori est proportionatum. Et iterum caput magnum ⁊ collum paruum malum est: hoc enim prouenit ex inobedientia materie et defectu virtutis formatiue: ex quibus sequitur mala dispositio ⁊ complexio cerebri quam vlterius sequitur stoliditas: ⁊ fatuitas. Caput vero magnum corpori proportionatum: et precipue collo ita q̄ collum sit forte: ⁊ mediocriter grossum cum fortibus neruis ⁊ grossis laudabiliter bonum signum est: Habentes capita pineata: idest inferius grossa ⁊ rotunda superius non scilicet pyramidalia ⁊ acuta sicut dispositta est pinea tales nunquam sunt verecūdi sed rapaces ⁊ vniuersaliter iracundi ⁊ audaces. Huiusmodi enim dispositio capitis signum est caliditatis: ⁊ siccitatis cerebri: ad quam quidem cerebri dispositionem predicta accidentia consequuntur: ⁊ talem dispositionem: vt plurimum habent Januenses: et religiosi nostri temporis ⁊ maxime bigotti ⁊ hypocrite. Dicit si quis fuerit mobilis ⁊ instabilis audax ⁊ iracundus calidum cerebrum videtur talis habere. Istud patet per relationē. quam facit Aristoteles referuntur enim capita pineata habentes ad aues rapaces ⁊ de p̄da viuentes tales enim sunt calidi ⁊ multe colere. Caput magnum ceteris signis ingenium pre se ferentibus est bonarum artium receptaculum: secus si in corpore talia non adsint signa: quia tunc penitus detestandum est. Et manifestum est quod bonitas forme cerebri: ⁊ malitie forme eius comperantur secundum q̄ est in illo de additione vel diminutione. quod est quia bonitas forme cerebri fit a forti virtute: ⁊ multa materia obediente: malicia forme eius quando est cum magnitudine figure capitis significat q̄ fuit virtus debilis: aut q̄ materia non fuit obediens. Sequitur ergo ab illo malicia in eius complexione. Si forma est decens sicut ostensum est: ⁊ ventriculus anterior bone forme: ⁊ satis humidus: quia apprehē sio specierum fit ab humido retentio fit a sicco quod est in postrema parte: quando cerebrum est magnum oriuntur nerui magni quoniam arguunt siccitatem in loco quia sunt ex sui natura frigidi ⁊ sicci: Ergo virtus memorativa est fortis in retinendo species: ⁊ din reseruatur Quando ventriculus medius est lateraliter aliquantulum compressus denotat virtutez cogitatiuam incomponendo ⁊ in diuidendo q̄ apprehensum est. propter vnitatem spiritus in illo loco. ⁊ quando caput est sphericum sunt mobiles instabiles obliuiosi: paruiq; discretionis ⁊ sapientie homines denotantur. Motus enim spirituum nunquam pausat quod in plurimis gallicorum notaui: vt tenet Conciliator. Scias q̄ quando est forma spherica necesse est habere ventriculum medium amplum: quando spiritus vniuntur inuenientes locum amplum non bene vnire se possunt.

Ideo virtus extimatiua est fracta spiritus enim quottidie circumuoluuntur: in gyrum: ⁊ isti tales multa promittunt ⁊ nihil obseruant: ⁊ sunt importuni: auari: inuidi: ⁊ non considerant de preterito neq; de futuro: nisi de presenti tamen exigue: talem formam vidi ⁊ notaui in decez milib⁹ viroz: p̄cipue i gallis ⁊ religiosis: ⁊ maxime vt plurimū in obseruantinis vt erogationum tempore faciliter notari potest Et non est confidendum omnino de habentibus talem formam: ⁊ precipue quando est in corpore colerico: seu melancholico: qui omnino sunt valde credulj ⁊ lupi rapaces: Tamen si forma vel habitudo corporis est sanguinea deprimitur malicia antedicta: ⁊ sunt minoris malicie. Millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo Cum essem apud casentinum bella gerentibus Venetis ⁊ Florentinis: ego ibi in seruitio eram Illustrissimi Caroli de Ursinis in loco dicto Montalone. Ubi ipse erat obsessus ab inimicis eius. Scriba suus reperto pediculo super crura vocauit seruum ad se: vt pediculum acciperet asserens se nolle Dei creaturam interficere.

Tunc ego illius formam annotaui: caputque sphericum inueni: ⁊ nationem allemanicam. Ideo exclamaui O virum belluinum: ac barbarū in pediculum aduertentem: ⁊ non in hominem. Tales enim viarum depredatores sunt ⁊ homicide. qui si domini fuerint: tyrānni sunt ⁊ crudeles importuni ac idiscreti. Ytē ad propositum redeundo. quando dicis caput paruum de necessitate malū: ratio est: q̄ membrum facile ad lapsum i egritudines est vituperabile: huiusmodi autem est caput paruuz: Ex paruitate quidem capitis necessariū est esse cerebrum paruū vt dictum est: ⁊ ventriculorum angustiam. Unde spiritus non possunt perficere operationes suas. Ideo inflammantur ⁊ conculcant ⁊ non possunt euentilari: q̄ suffocati sunt: ⁊ non possunt exerceri i ymaginationibus: nec diuidere ⁊ rememorari: quia receptaculum est paruum ad capiendum magnam quantitatez spiritus: Ideo sunt irascibiles timidi ⁊ retinentes iram. Quoniam caput paruum indicat complexionem cerebri eē siccam ⁊ calidam propter inflammationem. Ira sicut dictuz est accensio sanguinis est circa cor: ⁊ diu permanet quia non habet citissimā euentationem: ideo reminiscitur iniurie ⁊ retinet, propter siccitatem: ⁊ est exigui iudicij: ⁊ intellectus ⁊ non potest recte discernere. Ideo semper timent: ⁊ sunt loquaces falsa contractantes mēdaces: bilingues: a quibus omnino fugiendū est sicut ab inimicis. inquit conciliator vt dixi. Magnum caput non vltra rationem ⁊ cōdignū sensum adauget virtutem: ⁊ magnificentiam denotat. Dum tamen virtutis bonitate ⁊ non materie mollicie talem esse constiterit. parum autem contrariū denotat istius. Cum secundū Gallienū: sit omnino praue operationis proprie nota: presertim cū paruitati fuerit figure coniūcta malicia: hic enim timidus hominum ⁊ perfidus. ac velocis ire: ⁊ besitans iudicatur in rebus. Hic tamen Aristoteles in problematibus versari videtur in cuius quidē libri expositione hos duos in vnam communem concordiam adnotaui quod presentia cōsiderationis non existit. Caput quidem breue maximeq̄ conspericū sine virtute ⁊ sapiētia hominem denotat: qō ⁊ gentibus refertur capadocum. Caput pineatum inuerecūdiam denotat. Caput autem inepte prolixū: ⁊ organizatione obliquuz impūdicicie signum est. Quod si humile ⁊ planū fuerit isolentie ⁊ dissolutionis est nota. Similiter ⁊ eminentiam in priori parte retinens insolentiam dicunt testari. Caput quoq̄ in anteriori parte valle quadam concauum doloſum denotat ⁊ iracundum Caput magnum cum frontis latitudine: ⁊ vultu quasi gigantis tardum mansuetum fortem ⁊ indocilem denotat: ⁊ a bobus accipit rationem. Caput etiam longum aliqualiter protensum vt maleolo sit simile: qualia tuscorum sunt capita prouidum denunciant ⁊ circūspectum. Caput rectum in medio lene ⁊ fere planum mediaq̄ magnitudine maius sensibus i gentem ⁊ magnanimum denotat. Caput quoq̄ ad omnia mensuratum ingenio denotat excellentem perspicacem et liberalem interdum quoq̄ timidus reperitur. Hec conciliator. Ego cum visitarem vulnera magna capitalia habentem cum quibusdam Chyrurgicis: ille genitricem ⁊ consortem contumelijs vilipendens afficiebat. Tunc medicis admirantibꝰ dixi: non vidistis illi caput esse paruum ⁊ pineatum: ⁊ corpus summe colericum: que res triplici modo arguebant siccitatem. Et habebat spatulam sinistram gibbosam vnde ex tali forma ⁊ membroꝝ correspondentia profecto non potest esse aliter: tunc consentientes eorum inaduertentiam confessi sunt. Euasit tamen egrotans a vulneribus: sed non a fatuitate. Et oportet itelligere caput paruū respectu dimensionis corporis ⁊ ita magnum aliter nō esset verum. et sic puto tibi satisfactuz.

¶ Quesitum quartuz. Augustini discipuli ad eundem Coclitem De natura frontis contra Plinium.

Discipulus.

Textus.

i Inquit Plinius. Friuola vt reor ⁊ a vulgo tamen narrata: addit morum aspectus. Simili modo apud nos trogus: ⁊ ipse auctor seuerissimus cuius verba subiciam. Frons vbi est magna segnem animum subesse significat: quibus parua mobilem: quibus rotunda iracundum.

¶ Responsio magistri ad discipulum.
Commentuz.

Conatus ē plinius ostēdere ignorantiam suam: ⁊ deridere omnes physionomistas. Nos probauimus physionomiā esse veram in primo libro. Sz i isto loco nos ꝓbabimus via tāgibili. primo v̄ba Aristotelica ⁊ postea rationes adiungendo ⁊ adducendo. Nūcius nature in primo de natura animaliuz capi⁹ primo inquit. Faciē: partem eam nominamus dumtaxat in homine que calue subiecta est. Nam piscis aut bouis faciem dicere nō solemus. Partes faciei frons: que sub sincipite posita inter id ipsum: ⁊ oculos est. Quibus hec magna segnes: Quibus parua mobiles. Quibus lata mente moueri idonei. Quibus rotūda iracūdi: Auicēna etiā in primo d̄ aialibus auctoritate Aristotelis inquit quādo frōs est lata idest valde lata stultum: quando vero rotunda. i. promptuaria iracundum ostendit. Idem sentit conciliator dum ait. Cuius vehementer existit magna piger ponderosus indicetur bobus comparatus. Et cui parua ⁊ angusta existit: stolidus indocilis inquinatus ⁊ vorax ostenditur. relatus ad sues. Rotunda dicitur iracundiaz ⁊ insensibilitatē ostendere. Qui oblōgā habent sensibus p̄ualent dociles sunt aliquātulū tñ vehemētes esse censentur. Spaciosa nimis ⁊ lata rigidioris igenij: ⁊ praue discretionis notā esse aliqui profitentur. Quadrata mensurate magnitudini capitis ⁊ vultus similis ⁊ consona: virtuosum sapientē ⁊ magnanimum denotat ⁊ sunt relati ad leones ⁊c. Dixit Rasis. Qui paruam hz frontez stolidus ē. Qui vero magnam habet frontem est piger. Duplici via possumus inuenire veritatē postponendo hic experientiaz. Philosophus enī intelligit methaphorice ⁊ rōnabiliter sicut ostēsum est a cōciliatore. primo magnitudo frontis cōparatur boui: qꝛ bos est animal pigrum ⁊ habet frontem magnam. Ex illa habitudine seu forma ostenditur operatio aialis illius: qꝛ anima coniuncta corpori imitatur habitudinem corporis sicut probatum est. Non potest quidem esse magnitudo frontis sine grossicie ⁊ magnitudine ossis frontis: quod indicat multitudinem materiei ⁊ inobediētiam ad congruā formā: ⁊ ex crassitudine ossiuz denotatur pars anterior ꝙ sit flegmatica: ⁊ ventriculus anterior sic quoqꝫ erit flegmaticus: quo flegmate spiritus conculcant̄ ⁊ inuiscantur. Ideo non possunt vniri ⁊ perficere operationes suas: qꝛ virtus expulsiua est debilior. Quanto os etiam ē crassum: tanto magis prohibet partem anteriorem cerebri posse mundificari a fumositatibus capitis. Et etiam: ⁊ hoc: vt philosophus primo de generatione qꝛ virtus vnita fortior est se ipsa dispersa: Ideo spiritus inuniti non possunt discernere cōgruis actionib⁹ propter nimium vacuum amplum ⁊ flegmaticū. Ex opposito qui habent frontem paruaz sunt mobiles. Ratio est qꝛ ex nimia paucitate frontis sequit̄ loca anteriora habere vētriculos paruos ⁊ os subtile: que res ostendunt subtilitatez spiritus. Et quando proueniunt ad illum locum reperiunt locum angustum: qui non ē capax quantitate sui. Ideo reuerberando retrocedūt ⁊ mouent se de illo loco: ⁊ incipiūt discernere: ⁊ non possunt ꝑficere primū intentuz ⁊ nō retinēt illum ⁊ reiterando ad illum locū concipiunt nouum conceptum adeo sunt mobiles ꝙ etiā efficiuntur ignei. Unde philosophus in methaphoricis. Quicūqꝫ frontem paruam habēt indisciplinabiles referuntur ad sues. Quicunqꝫ magnam valde tardi referuntur ad boues. quicūqꝫ autem rotundam insensibiles referuntur ad asinos. Quicūqꝫ autem longam superficiez inflexibiles referuntur ad canes: idest frontem planā sine aliquibus rugis hñtes sunt inflexibiles vel insensibiles ꝯtumeliosi ⁊ valde irascibiles: idest in ira ꝑtinaces ⁊ obstinati et idez i ferius in isto loco dicet causas. Quicūqꝫ autē quadratam ⁊ moderatam frontem habent magnanimi referuntur ad leones. Quicūqꝫ protēsam habent adulatores referunt̄ ad passiōem que fit. Et intelligit ꝑ frontem protensam frōtem equalem quasi vltra tensam: vt etiā dicet̄. Quicūqꝫ autem obnubilosam audaces referūtur ad taurum ⁊ Leonem. Videbit vtiqꝫ aliquis ⁊ in canibus: quando canes blandi sunt valde quietam habent frontem: quando autē est nebulositas in eis iracundiam significat: trāquillitas autem adulationem ꝯtrariū ꝑ relationē ad eosdē Medius habitus vtiqꝫ horū bene ⁊ decenter se habet. Quicūqꝫ autem tristez frontem habent: moesti sunt: ⁊ referuntur ad passionem quando mesti tristem habent fron-

tem aut faciem qui autem obscuram: ⁊ dimissaꝫ planctiui sunt: referũtur ad passiões qꝛ plãtiui dimissi sunt. Et hec philosophus. Unde Plautus in rudente Lenonem describens: ⁊ scienter inquit. Ecquem recaluum ⁊ silonem statutum ventrosum: tortis superciliȷs: contracta fronte: idest nebulosa: vt etiam notaui in hominibus crudelibus ⁊ homicidis. Et scias ꝙ nũqꝫ potest esse frons magna sine grossicie carnis: ⁊ ecõuerso frons parua sine subtilitate pellis. Ratio est ꝙ in fronte est expansa substantia carnosa subtilis ⁊ rara propter porrositates necessarias ad expurgandum fumositates cerebri. Si est parua frons ⁊ subtilitas pellis denotantur spiritus subtiles ⁊ mobiles ⁊ econtra Crassa pellis spiritus grossos ⁊ opacos notat Spiritus enim causat̃ ex vapore temperato sãguinis vt aiunt illustres: vnde dicendũ est ꝙ spiritus est corpus subtile ex vaporib⁹ generatũ. Auicenna de viribus cordis ait. Creauit deus ex concauitatib⁹ cordis sinistram vt eẽt armarium spiritus ⁊ minera generationis illi⁹ Creauit spiritum latorem virtutum anime in membra animalium tendentiũ mediante ipso. Creauit itaqꝫ primũ appendiculũ viriũ anime spiritum ⁊ manationem. Secũda i mẽbris corporis mediãte ipso. Produxit etiam spiritum ex subtilitate humorum ⁊ igneitate quẽadmodum corpus ex grossicie ipsoꝝ ⁊ terrestritate. Et vbi est grossicies humorũ non potest esse ingenium: vt i prĩo libro dixi. Quando dixit philosophus quibus lata mente moueri ydonei. Intelligit latam cũ debita quantitate in longitudine ⁊ latitudie. Ratio est quoniã ventriculus ille habet decentẽ formã ⁊ spiritus possunt pausare ⁊ colligere species congruas: ⁊ deportare ad mediũ locum diuisionis sui. et nota ꝙ latitudo frontis icipit a naso vbi terminãtur cilia versus cõmissuram coronalem: ⁊ longitudo frontis itelligitur per latitudinem corporis ⁊ sic icedũt vili nerui: vt aiũt anothomici. ⁊ vidi viros doctissimos philosophos habere talẽ formã. Et ymago dantis: quam vidi Rauẽne talis est. ⁊ oĩa oportet itelligere cũ conditionata forma capitis: ⁊ consonantia vultus aliter non est verum. Sic verificatur sententia philosophi quando ait mente moueri ydonei: idest ingeniũ ad omnia discernenda ⁊ perscrutanda. Quando dicit quibus rotunda iracundi: dico ꝙ itelligit per rotundam sphericam quandam eminentiã ⁊ promptuariaꝫ ad exteriora. Et talem formã necesse est deficere i longitudie frontis. Causa ista est ꝙ spiritus i illo vacuo reuerberant̃ ⁊ iflammant̃ ⁊ diu permanet illa iflãmatio: sicut faciũt alchimiste curiosi i furnello reuerberationis. et corroboratur istud dictum quando habent collum breue ⁊ cholericũ quia iflãmatio sanguinis est facilis ⁊ permansibilis. Et aliqui dicũt: qui habet frontem planã sine vlla icrispatione vir est litigiosus ⁊ rixosus. Ratio est ꝙ significat cutim frontis grossam: ⁊ ex consequenti igeniũ: ⁊ duriciẽ carnis: que non possit plicari ex quo sequitur rudis itellectus propter organum idispositũ. et etiam sunt hoĩnes callidi ⁊ sicci quod est causa tensionis frontis. Ideo ex paucitate intellectus sunt rixosi ⁊ contentiosi. Iste effectus multum verificatur i rusticis ⁊ plebeis: qui oĩa credũt: ⁊ sibi persuadẽt scire. Cuius causam declarat cõmentator Auerrois secundo methaphisice cõmento .15. dum ait. et accidit etiam quibusdam hominibus querere testimoniũ versificatoris: et hoc accidit per naturam eis i quibus virtus ymaginatiua dominat̃ super virtutem cogitatiuam. Dicunt aliqui ⁊ bene: ꝙ frons nimis rugosa declarat iuerecũdiaꝫ. Ratio est. Quando apprehensiua est debilitata nõ potest discernere cõgruũ ab icongruo: De quo sequunt̃ ea que sunt sine verecundia. Causa est ꝙ pars anterior cerebri est valde humida ⁊ ex nimia humiditate causat̃ rugositas frontis. et tamen nota ꝙ rugositas duabus de causis potest causari ex siccitate ⁊ humiditate. Sed differentia est ꝙ illa: que prouenit ex siccitate nõ occupat totam frontẽ ⁊ ista declarat irascibilitatem. et alia iracũdiam: causa est quoniã non discernit illud quod facit ⁊ retinet iram ⁊ odium sine d̃bita causa. et sunt etiam litigiosi auari ⁊ maledici. O quot stolidi medici non curant scientiam physionomie: ⁊ quasi derident physionomistas propter simplicitatem suam. Inquit Auicẽna i secũda quarti. capitulo. 26. et necessaria quidem est medico physionomia quãdo videt i facie ⁊ oculo ⁊ alijs membris formam malam non naturalẽ: ⁊ secundũ plurimũ vt cognoscat i primis an sit illud naturale: illud idiuiduũ secũdum ⁊ iudiciũ. Idem sentit Galenus in primo de complexionib⁹ Herincus ⁊

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Guido i capitulo de scrophulis dixerũt. habẽtes frontem curtã ⁊ tempora compressa ⁊ maxillas.i.mãdibulas amplas parati sũt ad scrophulas:qꝛ i talibus prompte materia deriuat̃ ad collum ⁊ precipue pueri propter gulositatẽ ⁊ raritatẽ corporis ⁊ humiditatẽ:⁊ magis verificat̃ qñ caput est magnũ ⁊ incõpositũ. Et cõciliator ait.⁊ qui hꝫ tensam frontez cũ quadaꝫ luciditate adulatores sunt:⁊ dolosi. Cãm dixi i loco primo capitulo de derisoribus. Habentes rugas superius in fronte in rectũ retractas ⁊ maxime ad angulum narium existentes cogitatiui.hi ⁊ melancholici designantur. Laxam ⁊ diffusam cum trãquillitate velut arridentem cutem habentes ⁊ cõcauã valde:ac si foret defossata: versuti ⁊ asperi sunt reperti:⁊ forte isinuat iscitiam. Cui velut nebula i riuũ fronti est iracundus vocatur:⁊ tauro vel leoni comparatur.habens obscuram ⁊ demissam cuꝫ tristicia lugubris animi ⁊ tristis est nunciandus ad apparenter pati relatus: hoꝝ aũt mediũ virtus. Et Ptholemeus philosophus ait habẽs frõtem longã altã ⁊ latã augebit̃ in bonis. Inqt Michael scotus cuius frons est in tẽporibus quasi inflata grossitudine carnis.s.ꝙ habẽt maxillas carne plenas significat hominem multi animi superbum iracũdũ ⁊ grossi ingenij: Ratio est grossicies temporũ ⁊ carnis:⁊ maxillaꝝ arguit grossiciez humorũ ⁊ dominium caliditatis qꝛ est causa iracũdie:⁊ ruditatis igenij. Sẽper vidi tales habere caput magnũ cũ figura mala ⁊ inordinata:⁊ hec contra Pliniũ dicta sufficiant.

¶ Quesitum quintum Augustini Discipuli ad eundem Coclitez Magistrũ. De supercilijs. Discipulus.

¶ Textus.

i NQUIT PHILOsophus ad Alexandrũ supercilium quod habꝫ multos pilos significat hominẽ ineptum ad loquendum. Et cuius supercilia extendunt̃ ad tempora talis homo est inuidus Homo aũt habens supercilia rara ⁊ cõmensurata in longitudine ⁊ breuitate: Talis homo de facili intelligit.

¶ Responsio magistri ad discipuluꝫ.
¶ Cõmentum.

s CRibit nuncius nature i secũdo de partibus animaliũ supercilia vero ⁊ cilia adiuuamenti gratia habentur:supercilia eniꝫ vt d̃labentes humores arceant: velut imbricamẽtum siue grunda humoribus:qui a capite emanant paratum. Cilia:vt contra icidentia i oculos:quasi vallum quoddã promineant. Supercilia i cõpage ossiũ posita sunt quamobrem cõpluribus senescentibus adeo crescũt vt tondẽdũ sit. Cilia venularũ clausulis summis innituntur:nam vbi cutis ibidem etiaꝫ venule deficiunt ⁊ desinũt:itaqꝫ propter vaporem qui inde crassiusculus ꝓdit: pilos his locis enasci necesse ẽ:nisi quid naturalis opificij ad aliũ usuꝫ ipediat. hec philosophus ⁊ Isidorus xi°.ethimologiarum ait supercilia:dicta: quia superposita sunt cilijs:q̃ iccirco pilis vestita sunt:vt oculis munimenta pretendant ⁊ sudorem a capite defluentem depellant.interciliũ vero est mediũ illud inter supcilia:quod sine pilis est. Et scias ꝙ capilli sine pili generantur ex vapore fumoso resoluto a chinis q sunt i corpore: ⁊ cause sunt quattuor .s.efficiẽs:materialis:formalis ⁊ finalis. Causa efficiens piloꝝ ẽ duplex.vna est calor nãlis:qui eleuat vapores ab humiditate corporis ⁊ trãsmittit ad partes cutaneas. Alia est frigidũ aeris:quod ispissat ⁊ coagulat ipsos vapores ⁊ reducit ad formã piloꝝ. Causa materialis est duplex prima est remota: ⁊ ẽ humiditas corporalis. Secũda causa est propinqua:⁊ est vapor terreus: qui euaporat̃ ab humiditate. Causa formalis est figura pilorũ scilicet longitudo ⁊ rotũditas. Causa finalis ẽ diuersitas pilorũ.s.ad decorandum sicut sunt supcilia de quibus est sermo. Quando igit̃ supercilia sunt multũ pilosa:habẽtes sunt inepti ad loquẽdũ. Ratio est qꝛ multitudo piloꝝ arguit multitudinẽ materie calide ⁊ aduste: ratione caliditatis ⁊ adustiõis:vñ seqt̃ vel causatur turpitudo loquelle ꝑꝑ velocitatẽ.⁊ similiter mores eoꝝ sunt inepti ⁊ malefici:qꝛ itellect⁹ ⁊ morigeratio singularis nõ causat̃ nisi a tẽperamẽto ⁊ priuatiõe adustionis vt i ꝑhabitis i pluribus locis tactũ ẽ. Ex magna adustiõe semꝑ cerebrũ ẽ calefactũ:vel a facili cã calefit calefac-

tione notabili: & per cõsequẽs sunt garruli & furibundi: & nõ cogitãt: nec cogitare possunt i verbis suis bonũ aut rectũ discursum. Qñ vero supcilia sunt dẽsa: & hñt multitudinẽ pilorũ & ꝛti nuant' vsq; ad inicĩũ nasi significãt magnã adustionẽ: & hñtes sunt melãcholici & praue nature: ipij: & aliqñ fures & oĩno deceptores homicide ac lenones: vt etiã tꝫ Plautus vt ante notaui & breuiter oĩa mala cõplectunt'. Et hoc ẽ quod vernaculus philosophus ait.

¶ Non te fidare de le gionte ciglie
¶ Ne de le folte se guercia e la luce
¶ Che chi le porta guarda non te piglie.
¶ Impio danimo ladro falso e fello
¶ Cum bel parlare suo tempo conduce
¶ Rapace lupo cum vista dagnello.
¶ Non fu mai guercio cum lalma perfecta
¶ Che non portasse de malicia schermo
¶ Sempre seguendo la superba secta.

In versiculis supra notatis ostendit Strabones rapaces: simulatores: malicioso: ex supcilioꝝ iũctiõe & pilositate esse: & similiter monoculos cũ supadiunctis. Et vniuersaliter mala oĩa cogitãt: Strabositas causat' multis modis secũdũ Auicẽnã. Tertia tertij capitulo. 28. de strabositate qñ dicit. Quãdoq; fit strabositas pp mollificationẽ quorũdam lacertoꝝ ꝛc. Et postea subdit. & quãdoq; fit a siccitate sicut accidit i febribus acutis ꝛc. Et ista ẽ ad ꝓpositũ nostrũ: qñ corroborat siccitatez q̃ est cã pilorũ & associãtur due cause ad ꝓducẽdũ effectũ malignũ. Et nũq; vidi strabonez sine imẽsa caterua vicioꝝ: & fraudulentias hñt iniquitates & ꝛtumeliositates: et simile dico de monoculis ꝺ quibus dictũ est. Supcilia ad tempora ꝛc. Inquit Auicẽna prio ꝺ animalibus supcilia sunt pp ꝺfensionẽ oculorũ a pulueꝛ. Intelligit philosophus qñ descendũt ad originẽ nasi & superius elenant' ad tẽpora. Ratio est q; illa elenatio ad superius significat dominiũ caliditatis & siccitatis. Ut dixi de Cynedis in prio loco et accipit' ꝓ iuidia hm phũm ipropꝛie .s. ꝓ malignitate vt sunt calidi & malefici. Et Rasys ait Qui i supcilijs pilorũ hz multitudinẽ multarũ ẽ cogitationũ & multe tristicie: atq; eius loquela foeda ẽ: & crassa. & iste textus cõfirmat coleraz adustã: & humores melãcholicos: & cã est multarũ cogitationũ: & sunt cogitabũdi: & tale signũ notaui i deꝑdatoꝛib⁹ viaꝝ (vt dixi). Et leones homicideq; & vt plurimũ fures existũt si sint palloꝛe obducti. & ꝓnosticaui iusticiã sup ipsos casurã foꝛe. Cuius supcilia iferi⁹ ꝺscẽdunt a pte nasi: & supi⁹ eleuant' a pte tẽporis i uerecũdus ẽ & bebes. Inuerecundus ẽ pp caliditatẽ furiosaz: & nimis mobilẽ. hebes pp eã dẽ cãm. Supcilia rara & mẽsurate magnitudinis isinuãt tẽpamẽtũ pp humoꝛũ bonitatem: & pp recessionẽ a nimia adustione: & tales sunt igenioſi: & secreta idagẽtes. Dixit. n. Rasys supercilia longa arrogãtiã significãt et iuerecũdiã: cãz dixi supi⁹. Cõciliatoꝛ dixit quãdo spãdit' ad tempoꝛa imũdus iudicat'. & dicũt q; supcilia longa arrogãtẽ luxurioſumq; denũciãt & iuerecũdũ: q̃ res ẽt i senectutis tẽpoꝛe augumẽtant' vt plurimũ. Supcilia iferi⁹ a pte naris ꝺscẽdentia. & superius versus tẽpoꝛa eleuata: & sic vtrinq; denulsa iuerecũdũ iuidũ bebetẽ stolidũ & isaciabilẽ denotãt porciſq; cõparat'. Dixit Auicẽna primo de aialibus qñ supcilia ꝺscẽdunt p icuruationẽ a pte nasi significat acutũ. i. igenioſuz i nephandis negocijs: & qñ icuruant' ad lachrymale siluestre significat ioculatoꝛẽ. Supcilia si fuerit directa lineata & plixa malũ ibecillẽ & foemininũ animũ demõstrant mulienbus relatũ. Et ista supcilia nos attribuimus veneri. & vidimus vt plurimũ illos esse cynedos: aut summe luxurioſos. Ihõ dixit Auicenna primo de aialib⁹ qñ supcilia sunt hm lineã rectã significat foemininũ: & ait supcilia ꝺ pẽdẽtia iuidũ significaꝛ: Supcilia curuata parũ & angustã mentẽ denunciãt. Arcuata adeo vt pene naso adiũgant' subtilẽ & igenioſuz denotant. Et talia supcilia studioſuz ostẽdũt: et Mercurio dedicant'. Cũ vero fuerit supcilia rara diametro cõmẽsurata sintq; magna: hic facilis denotat' itellectus. Dicũt alig: supcilia arcualia si cõiungant' ad conũ nasi subtilẽ & studioſum declarãt. Si aũt cõnexũt ibidẽ tristem & paꝝ sapientẽ attestant'. Si arcuositas decliat ad tẽpoꝛa: & ad gibbositatẽ genarũ negligẽtẽ & fatuũ denotat. Supcilia si sint lõga & multorũ pilorũ significãt vizꝝ magna meditãtez. Insurgit hic ꝓblema: ꝓpter quid pili supciliorũ magis augent' i senectute q̃z in iuuentute. Respõsum ẽ q; vapoꝛes generatiui pilorũ supciliorũ q; transferũtur. per iuncturas ossiuz: & i etate iuuentutis sunt cõpacte & bene iuncte pp humidi tenacitatẽ. Ideo vapoꝛes nõ possunt ba

bere exitum liberũ: qꝛ penetratio illis ꝓhibet. Sed in ſenectute humidũ ipſius iũcture eſt cõ ſumptũ ꝛ deſiccatũ. Añ oſſa ſunt magis apta ꝛ ſequenter vapoꝛes aſcendũt liberi ꝛ cauſan tur pili ſupercilioꝛũ longi. De ſupcilijs male dixit michael Scotus iõ eiꝰ dictũ nõ iſtrit qꝛ ignauũ phyſionomũ illũ fuiſſe teſtoꝛ. Si ꝟba eius ꝑſcrutent.

¶ Queſitum ſextuꝫ Auguſtini Diſcipuli ad eundem Coclitez Magiſtrũ. De cilijs ſeu palpebris.

¶ Diſcipulus.

¶ Textus.

IBENTER Uellem ſcire ꝛ itelligere aliqua de cilijs ſeu
l palpebris: ꝛ ꝺ ipſoꝝ ſignificatione.

¶ Reſponſio Magi. ad Diſ.

¶ Cõmentum.

Jlia aut papebras nã oꝛdinauit
c ad reparãdũ a nocumentis exteꝛioꝛibꝰ ſicut ſunt muſce: feſtuce ꝛ alia ſimilia: ſicut ſupiuſ dixímus teſte philoſopho i ꝺo de pubus aialiũ. Duꝫ in qt: Cilia vt cõtra icidentia i oculos: quaſi vallũ quoddã ꝓmineãt. Jngt Jſidoꝛus. xiº etbi mologiarũ. Cilia ſunt tegmina qbuſ coopiunt oculi: ꝛ dicta cilia qꝛ celẽt oculos tegãtqꝫ tuta cuſtodia hec Jſidoꝛus. Et eadẽ cã de nã ꝛ diuerſitate piloꝝ eſt ſicut de ſupcilijs. Et hic aggregabo dicta cõciliatoꝛis ꝛ alioꝛũ lꝫ pauca reperiant. Ciliũ quod oculo appꝛopinquat iuxta angulũ i lachrymali ſi vltra modũ paruũ ꝛ ſubtile diſpoſitionẽ cõſuetudinis ꝛ malicia ex figura ꝺnotat. Cãm puitatis piloꝝ indicat mã pauca. Subtilitas piloꝝ oñdit ſubtilitatẽ hũoꝛũ: ꝛ dominiũ cholere. ꝛ tales ſunt malicioſi: vitioſi: ꝛ malefici: ꝛ tu cõſidera: qd ꝛ q̃lis ſit cõplexio cholerica. Et cũ carnoſioꝛ locus ille exuterit: vt miluoꝝ oculi aſtucia: ꝛ mala caliditaſ indicat. Miluoꝝ natura eſt calida ꝛ rapax: Et eſt ſpecies aqle rõne caliditatis: ꝛ ẽ aial colericũ. Caue igit a cholericis: ꝛ lachrymale domeſticũ cũ ẽ modicũ ſignificat aſtutũ vt tꝫ Auicenna pꝛº de aialibus. Ciliũ ſupius eminens iſlatũ magis q̃ꝫ plenũ parũ ſupꝛa oculũ declinãs iſolerẽ ꝛ q̃ſi viſuꝫ ꝺenotat ligatũ. Si autẽ declinãt ad iferius plenũ craſſabũdũ maxie cũ ſit ruboꝛe obductũ potatoꝛẽ ruinoſuꝫ denũciãt. Ratio eſt qꝛ ſignificãt debilitatẽ oculoꝝ: ꝛ ꝓ cõſequẽs cerebꝛi ꝛ ex illa debilitate timẽt vinũ Exptus ſuꝫ i pluribus tabernis vtentibꝰ: ꝛ vinũ maluaticũ bibentibus quoꝝ vnus fuit ꝯpatriota noſter Antonius de monte floꝛino potatoꝛ eximius. Oꝺ ſi ſubtile retractũ iferius fuerit i tãtũ vt oculi obtegat albũ a ſiccitate ꝺenotat coꝛpus dominari. Oꝺ ſi in aliqua pacutaꝝ paſſionũ cõtingit: ni tale nã ꝟſtiterit. Hyppocrate teſte moꝛtẽ denunciat futurã. Et Raſys ait: ꝛ quãdo pili palpebꝛaꝝ curuãt iferius vl ad vnã nãliter ptẽ toꝛquent: mendacẽ ſignificãt ꝛ calidũ. Quaꝝ palpebꝛe oculis poſite ſunt Reſpõdet Cõmentatoꝛ vt ꝺſeruaret ꝯplexio eoꝝ a rebus extrinſecis ſicut vagina gladij: ꝛ iõ q maioꝛẽ ꝛ groſſioꝛẽ bꝫ palpebrã magis aſpiciẽt in remoto: qꝛ cõſeruãt illã ptẽ a caloꝛe extriſeco: ꝛ a frigoꝛe. Et iõ multa aialia aſpiciũt i remoto plus q̃ꝫ hõ ꝛ hoc ꝓp groſſiciẽ palpebrarũ. Hec ꝯmentatoꝛ i de ſenſu ꝛ ſenſato. Et ſcias quãdo anguli oculoꝝ ſunt ꝺilatati: arguas egritudinẽ oculoꝝ. ꝛ ſi habẽt aliquã eminẽtiã carnoſaꝫ ebꝛioſitatẽ ꝺenotãt: ꝛ p̃cipue quãdo oculi ſunt eminẽtes ꝛ tunice coꝝ exſiccate: qm in pluribus notaui. Cñ anguli oculoꝝ ꝺilatati ſtãte cã oculi riſui hoiem luxurioſuꝫ indicat: ꝛ hoc venus ſibi vendicat.

¶ Queſitũ ſeptimuꝫ. Auguſtini diſci. ad eũdẽ Coclitẽ magiſtruꝫ. De ſignificatiõibus faciei.

Diſcipulus.

¶ Textus.

MAUIT ꝑbũs ad Alexãdruꝫ: Facies plana carens tu
i moꝛoſitate ſignificat litigioſuꝫ diſcolum ꝛ iniurioſuꝫ: ꝛ inuidum.

¶ Reſpõſio Magi ad Diſci.

¶ Cõmentum.

Acies ſicut dicit pbs arguit ma
f teriã cholericã ꝛ ſpiritus cholericos ꝺ quo ſequunt vitia ſupnotata ꝛ quãdo ſunt bene nati habẽt faciez talez. ſ. mediocrez in geniſ ꝛ temporibus vergentez ad pinguedinez ille ẽ verax amãs itelligens. Unde eccleſiaſticꝰ. xꝫº coꝛ hois imutat faciez illiꝰ ſiue in bonũ ſiue in malũ. Hoc ex pte letificatiõis coꝛdis apparet letificatio. ſ. faciei: ꝛ ex pte ꝯriſtatiõis apparet ꝯriſtatio. Jtez eccliaſticꝰ veſtigiuꝫ coꝛdis hõi

ꝛ faciez bonã difficilé inuenies ꝛ cũ labor: hoc est vestigiũ ꝺscientie bõe: qz stat faciez esse pulchrã i uno ituitu: ꝛ ꝺscientiã cauterizatã. Ideo Isidorus ethimologiarũ. xi⁹. facies dicta ab effigie: ibi est enim facta tota figura bois ꝛ vniuscuiusq; pſone cognitio. Multus vero dictus eo q̃ p eum voluntas ostendit animi: secundũ volũtatem enim uarios motus mutatur. Unde ꝛ differunt sibi vtraq; : nã facies simpliciter accipit ꝺ vniuscuiusq; naturali aspectu: vultus autẽ aiꝺ qualitates significat. Ũñ in methaphoricis ait phũs. Quibuscũq; faciẽ carnosam videris rachimis. i. faciliter ꝺcupiscibiles sunt: ꝛ referuntur ad boues. Qui faciez macilentã bñt solliciti sunt. Qui autẽ carnosaz timidi: ꝛ referuntur ad ceruos ꝛ asinos: q valde paruã bñt pusillanimi sunt: ꝛ referuntur ad gallum ꝛ simiam. Quibus facies magna ẽ tardi sunt: ꝛ referũtur ad boues ꝛ asinos. qui nec paruã: nec magnã habent opz eẽ medius habitus ꝛ erit vtiq; conueniens. Quibus aũt paruifica illiberales sunt: ꝛ referunt ad apparentiam. Et cõciliator cuius vehementer est magna pigricia notat bobus cõparatus : ꝺnotat materiã multã ꝛ flegmaticã nõ regulatã. Cuz multũ carnosa fuerit pigriciã ꝛ grãde notat desideriũ: pp exuberãtẽ materiã carnis ꝛ humores crassos nõ ita flegmaticos sicut dictũ est qz ibi dñat caliditas . Ideo cõtinue desiderant res vanas ꝛ ipossibiles: expiẽtia mihi tãgibilis est quod sunt creduli ꝛ continue studẽt i comedendo ꝛ bibendo ꝛ luxuriãdo: si alia conespõdentia cõnexa fuerit. ſ. magnitudo duoz ventrium. Et phũs in physionomia de mẽbris ait. carnosus in facie ẽ minus sapiens ipoztunus ꝛ mendax. qui habet gracilem faciẽ ẽ circũspectus i opib⁹ suis ꝛ subtilis intellectus vt tenẽt Mercuriales. qui bz oblõgã faciẽ ẽ iniurios. Iteꝝ Rasys: cuius facies bois ebrios faciei assimilat ebrios est. Iracũdo vero cum assimilat iracibilis est. cum autem verecũdo inuenitur similis verecundus est. cuius facies carnosa piger ꝛ est stultus. qui subtilem bz faciem: multarũ est cogitationũ. cuius facies vehemẽter rotũda est stultus existit. cuius facies est pmaxima piger est. cuius facies ẽ valde parua malus est ꝛ calidus ꝛ adulator. cuius facies ẽ deformis mores habere bonos nõ põt nisi raro. cuius facies ẽ longa inuerecundus est qui tẽpora bz iflata ꝛ venas ꝛ arterias grossas iracibilis est. ꝛ hec Rasys. carnosa aũt facies squallorez turpescẽs timidũ significat ꝛ amẽtẽ. Grossa vero facies cũ maxillarũ grossicie ꝛ agrestis grossaz ꝛ bebetẽ naturã denũciat. quibus vehemẽter existit parua facies timidi sunt calidi ꝛ adulatores: ꝛ illiberales plerũq; ẽo tant. Seqt paucitas capitis ex materia humoris ꝛ spiritus subtilis cũ siccitate: ꝛ ex mala cõpositiõe ꝺ q̃ adulatio cãt ꝛ timiditas q̃ ẽ soror tenacitatis sicut in pbabitis tactũ ẽ. Et ꝺciliator ait. cuz paruitas faciei colorẽ croceũ obtinuerit prauũ vitiosũ ꝺceptorẽ ꝛ ebriosuz: vt ait Aristoteles vt oñdere. Persepe i tẽpore meo exp tũ ẽ ꝛ pcipue i principib⁹ ꝛ ducibus armoꝝ nostri tẽporis Scribis ꝛ mãdatariis eoꝝ seu legatis q bodie iter eos sapiẽtes ꝛ scientes arbitrant: q sagaciter decipe ꝛ fraudẽ inuestigare sciunt. Habẽtes vero subtilẽ faciẽ ꝛ extenuatam sollicin sunt et multaꝝ cogitatiõuz. Et q eam lõgã habẽt iverecũdi sunt ꝛ denotãt pp imẽsã caliditatẽ q̃ ẽ cã allõgatiõis ꝺ q̃ sunt inuerecũdi Labioꝝ genaꝝ ꝛ frõtis ꝛ rictus ꝺditio cũ alijs si trucẽ vultũ ostẽdãt: stultũ ꝛ isanientẽ ostẽdit. Letus vultus arridẽs libidinosuz ꝺnũciat ꝛ iocũdũ vt pbatũ ẽ. Et tristis vult⁹ eꝺno denotat tristẽ vt i passiõe palpauimus vt tz phũs. i methaphoricis. Deformẽ naturã vehemẽter habẽs minime põt bonos mores bre. vnꝺ vsificator. Distortũ vultũ seqt distãtia moꝝ. propter qꝺ etiã dicit phũs: nõ oino felix ẽ q specie turpissimus. Et istud signũ satis pz ex appenti ꝺuenientia. Facies. n. nature similis simili passioni ꝛ eidẽ subiacet actualiter. Ut existẽte iracũdo simili iracũdus indicet. Ꝺ ꝛ i alijs vitijs simili ter ꝛ virtutib⁹ accidit repiri. Facies q̃ sepe sudat ex facili motu calidã ostẽdit cõplexionẽ: luxuriosuz: gulosuz ꝛ valde comedẽtez. Faciez q̃ ẽ vallata plus macra q̃ pinguis significat hominẽ iniurioſuz inuidiosuz: mẽdacẽ: ꝛ rixosuz: crudelẽ ꝛ homicidã pſertiz si adustioni ãnectit ẽt liuidus color aut croceus: sicut dignoscim⁹. Facies valde curua ꝛ macra ꝛ lõga facit rudẽ malicioſum ꝛ iuidũ vt dicũt. Unde Plautus in asinaria de saurea seruo atrienſi supbo ꝛ iracũdo: ꝛ inhumano ait. qua facie noster saurea ẽ si is est: iã scire potero: macilentis malis ruffulus aliquãtũ ventrosus truculentis oculis commoda statura tristi fronte. Facies bene dispoſi

ta carne ꝛ colore ꝛ ſuis connexis placida ſignificat diſpoſitionem laudabilem ad vitia ꝛ virtutes. Multos enim vidi homines ꝓpinquos ifortunio: quoꝝ aſpectus cū celeraret ad id diformes facti fuerūt: videlicet facies eoꝝ effecta ē turpis plus q̄z eſſe ſoleret: ꝛ oculi retrahūtur ꝛ cilia dilabūtur: ꝛ iſtud egomet infinitis vicibus notaui: vt i petro capreoli a me pronoſticato. Caue ne te decipiat i leproſis ꝛ maxime in leonina que fit ex cholera: in qua rotundant oculi: ꝛ eminent cū eminentia venarū: ꝛ citrinitate imixta ruboꝛi: ꝛ valde mobiles efficiunt ꝛ adeſt nartū gracilitas cū vehemētiſſima raucedine: ſic q̄ videatur quaſi loqui p nares: gēgiue eoꝝ ꝛ naſi extremitates corrodunt: cutis eorū exaſperat: ꝛ ſupcilia ꝺpilant. Et hec Arnaldus ꝺ villa noua: quia hoc p aſpectū diſcernit. Facies cōcaua. ſ. a principio frontis vſq̄z ad finem menti vt naſus ꝛ os ſit quaſi i valle arguit malos mores ꝛ precipue ſi ſit aduſta aut limida. Vidimus iſtos eſſe iterfectores: predones: ꝛ fures: vt patet in itinere Romano: vt ſepe iudicium meum diuulgatū fuit.

¶Queſitum octauuꝫ Auguſtini Diſcipu. ad eundē Coclitez magrm. De natura oculorū.
¶Diſcipulus ¶Textus.

OCULOS Groſſos habētes ſunt timidi ꝛ puſillanimes inuerecūdi loquaces ꝛ ſtolidi.

¶Reſponſio Magiſtri ad Diſcipulum.

¶Cōmentum.

tur principes ab hominibus portantibus ba
bam longa3: quia passiones anime nõ possũt
ostendere facies eorum: nec transmutationem
colorum. Ideo deceptiones coru3 latẽt. Nisi
consuetudo regionis fuerit vt sunt medi aut
greci propter generales influxus celorum qui
inducunt nouos mores ⁊ indumenta: vt nota/
ui de ni ⁊ potentia magne coiunctionis vltime
precedentis ionis ⁊ saturni conuenientiũ: que
fuit anno domini Millesimo quadringentesi/
mo octuagesimo quarto sub vltima signi scorpij
decamoria: ⁊ effectus suos generaliter continu
at vsq̃ ad annum domini . Millesimo quin/
gentesimo quarto. die. x. Junij. Huic prefuit
mars qui in his viginti annis denotauit bella
cedes: regnorum euersiones : populorum tur/
bationes: nouos reges: ⁊ noua principum do
minia proditiones: dissimulationes ⁊ menda/
cia tales etiam mars proprie preparando dis/
posuit: velut contentiosos periculosos: violen/
tos deceptores: sanguinolentos : imperiosos:
principalia querentes sibi per fas ⁊ nefas po
testatis insignia: ignitos animo ⁊ mentis ardo
re prepostero. Disposuit bis gallorum Rex
ad submersionem Italie ecclesiam dei vt vide
mus in manibus impiorum sacerdotum esse.
Cardinalesque ministratores sunt Regis et
ducum armorum origo deceptionum omnium
Filiisq̃ eorum nominantur publice et palam
sub nouis dominijs: noui seductores promul/
gatores legum nouarum: vt diximus in capitu
lo oculorum. ypocrisias ⁊ seductiones: ⁊ preci
pue synagoge melancholicorum cum prolixis
barbis : vt dicemus in tertio libro in capitulo
de saturno. O uenerãda ⁊ veridica astronomi
ca disciplina. Ignari quidam theologi excla/
mant ad ignarum vulgus vilipendentes celo
rum effectus lucri auidi. O ignorantie caterua
non ne experientia est magistra rerum. Sed si
nos recte contemplemus effectus supernota/
tos palam Astronomi periti sunt semidei: nũ/
ciiq̃ nature. Nec eo inficias multos hui⁹ sciẽ
tie secta ores esse: qui dum non habent intel/lec
tum ad siderum cursus contemplandos apt3
minime vera iudicare possunt. Hi tales e nu/
mero Astrologorum eiciendi sunt: idq̃ cõfir/
mo. Sed quis ignorat peritissimum ⁊ excelsu3
mathematicum Dñicũ Mariam de Nauа
ria Ferrariensem: ⁊ in felicissimo Bononien/
si gymnasio publice magna cum veneratione
profitentẽ in suis quos annuatim condidit iu
diciis: ne tantillum quidem deliraſſe. Sed ad
libellam cũcta que predixerat accidisse. Hoc
sciunt omnes. Hoc etiam literarum rudibus
compertum est. De cuius laude arbitror me/
lius esse tacere q̃ pauca dicere. Sed hoc con/
cludendum est Dominicum Mariam vere
hac nostra tẽpestate astrologiam de celo in ter
ram deduxisse.

¶ Questiũ. xxviii. Augustini discipuli ad eun
dem Coctum magistrum De significationi
bus colli. ¶ Discipulus.

¶ Textus.

i Inquit philosophus in metha/
phoricis. Quicũq̃ collum gros/
sum habent fortes sunt secũdum
animã: ⁊ referunt ad masculinũ
genus. quicũq̃ autem subtile habent ibecilles
⁊ referuntur ad femineũ . quibuscũq̃ collum
grossum carnosu3 est iracundi referunt ad tau
ros iracũdos. quibuscũq̃ autem est bene ma/
guũ nõ grossum magnanimi referuntur ad leo
nes. quibuscũq̃ est collum longum subtile ti/
midi referuntur ad ceruos. quibuscũq̃ autem
breue valde dolosi ⁊ insidiatores referunt ad
lupos.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.
¶ Cōmentum.

Scias q̄ collum aliquando sumitur pro toto coniuncto capiti i anteriori ⁊ posteriori parte. Aliquādo vero sumitur pro parte posteriori in diametro vbi situantur aures. Et ista pars diuiditur in duas partes. Pars magis propinqua capiti dicit̄ ceruix scilicet summitas colli vbi neruorum origo collocatur. Et etiam ceruix sumitur pro toto collo apud quosdam: vt inferius accipitur. Physionomi vero distīgunt in iudicijs collum ⁊ ceruicem in posteriori parte. In anteriori autem parte guttur siue epiglotum ⁊ gulam tamen secundum philosophum capimus pro toto coniuncto Dicit Isidorus libro vndecimo cap. primo. Collū dictum: q̄ sit rigidum ⁊ rotundū vt columna baiulans caput ⁊ sustentans: quasi capitolium: cuius anterior pars gula vocatur posterior ceruix Et primum dicit quod habentes collum grossum non ratione carnositatis sed ratiōe magnitudinis ossiū ⁊ neruorum sunt fortes ⁊ referuntur ad masculinum genus secundū mores anime intelligit: q̄ masculus in suo genere habet collum grossum ⁊ viuidum: non curtum nec valde longum quod significat calidam cōplexionem ⁊ audaciam. Secundum signuz est q̄d habentes collum lōgū ⁊ gracile femininum ē. Quādo est grossum ⁊ viuidum: vt diximus: arguit fortitudinez cerebri: ⁊ per consequens caliditatem cordis sicut sunt homines in specie sua. Longum ⁊ gracile oppositum ostendit sicut disputauimus in primo libro. Tertiuz ē q̄ habentes collum grossuz ex carnositate ⁊ nō ratione magnitudinis neruorum ⁊ ossium ⁊ vt addit Rasys durum ⁊ forte sunt iracundi: ⁊ referunt̄ ad apparentem conuenientiam in tauris iratis ⁊ prouocatis qui tūc precipue talem dispositionē habent colli: Et vt addit Rasys tales sunt etiam in factis suis festini. Quartum est q̄d habentes collum satis temperate magnum non ratione carnositatis: sed ratione neruorū ⁊ ossium ⁊ etiam temperate lōgū sunt magnanimi ⁊ referuntur ad leones. Et istud precipue verū est quādo caput ⁊ collum proportionatū sit sic q̄ sit etiam tempate magnitudinis: vt enim dicit Cōstantinus. Forma capitis si fuerit temperate magnitudinis: ⁊ ceruix aliquantulum grossa bonitatē significat cōplexionis ⁊ dispositionis. Si vero caput paruum fuerit ⁊ collum magnū habundantiā materie significat ⁊ eius supfluū: ⁊ etiā virtutis informatiue defectum. Et huiusmodi caput vt dicitur a dolore multo ⁊ cephalica passione fatigatur. Quintum signuz est quod habētes collum valde lōgū ⁊ subtile: vt dictū est: de pardali sūt timidi: ⁊ referuntur ad ceruos. Est enim ceruꝰ animal valde timidum: ⁊ hz collum valde longum: ⁊ paruū respectu sui corporis quātitatis. Tñ si quis collū hz gracile ⁊ lōgū ⁊ erectus i cedit non est tāta timiditas in hominibus vt i ceruo. Ultimū est quod habētes colluz valde breue sunt dolosi ⁊ insidiatores: ⁊ vt dicit referuntur ad lupos: qui vt dicitur. xiiii°. d̄ aīalibꝰ: habent colla grossa ⁊ curta in quorū spondilibus est magna fortitudo. Et de dolis ⁊ insidiis eorum satis dicitur in libro de proprietatibus rerum. Et istud signum sumitur etiaz ex more apparente in hominibus ⁊ brutis. Insidiantes enim homines colla contrahūt ⁊ abreuiant. Istud etiam faciunt bruta sicut patet de gatto insidiante muri. Et ita similiter de alijs. Ei si uis altius scire recurre ad librū animalium ⁊ indagando eorum normam ⁊ naturam i diuersis speciebus animalium ⁊ hominis etiā proportionem uidebis. Dicunt aliqui q̄ collū longum significat pedes longos: ⁊ gracile graciles. Ceruix igtiur concaua ⁊ depressa debilitatem neruorum ⁊ egritudines denotat secundum coniunctum. Ceruix vero multa carnosa significat mendacium bacchanarios pessimos: medium autem bonitatem attestatur. Ceruix autem que iuxta caput est cum fuerit capillosa fortem ⁊ animosum indicat: quia est signum caliditatis. Cuius ceruix longa est et tenuit meditatē maliciam indicat. Viūt etiā nō nulli stolidum imbecillem timidum ⁊ sonorum garrulatorem ostendere. Vasta uero cum quadam prolixitate non valde carnosa fortem denotat ⁊ animosum. Dura quidē ⁊ fortis iracundum festinum ⁊ indocilem significat virtutem animi ⁊ humanitatem negatiue ad talem operationem dicunt concurrere. Ceruix autem soluta que quasi decidere videatur: inualida nocentes: ⁊ insidiosos demonstrat. Collū quoqz neruis apparentibus ⁊ incompositum ineptuz testatur: ⁊ indocilem declarat. Ex quibus cir

ca nodum colli nimis existunt cōclusa idest dē sa scilicet carnosa: ⁊ sunt illi qui habēt spōdilē eminētē motus colli ē difficilis sensu ⁊ nō sunt perfecte porriri. i. exerceri. Et sunt sine igenio i bonis operibus: tñ i nephandis obtinent pri cipatū sicut i alio loco expositurī sumus. Apo statas qdē ⁊ principes notaui qꝛ colla eorum nunquā ad dextrum ⁊ sinistrum sine residuo corporis inuehunt: ⁊ tales dolosi sunt bilin gues simulatores ⁊ omnibus vitijs pleni repe riuntur. Qui hñt contrariuz ꝯriū iudicabis. ha bentes autem collum lōgum cum vastitate ira cundi ⁊ indociles existunt suibus comparati. Qui colluz grossum ⁊ carnosum cum quadam breuitate habz stolidus magnusqꝫ comestor re putatur. Cū aūt inter coniunctionē spatulaꝝ ⁊ colli originē q̄dā fuerit eminentia vt nodoꝝ ex crescētia aspera supbos insolētes tales esse ple rumqꝫ notaui. Ceruix vero declinata idocilem dicunt denotare. Nimis autem erecta: non so lum idocilem verum etiā ⁊ insolentem contu macemqꝫ ostendit: admonitiones nequaq̄ su scipiens. Rigida quidem ⁊ tanq̄ defixa simi liter indocilem ⁊ insolertem demonstrat: quo signo ⁊ stulti plerumqꝫ notantur. Cuius qui dem per fixum ⁊ mobile discernitur differētia si quidem mobilis plus stulticie comparatur. Si vero firma: indocilitatis est signum: vt a iunt: Ne autem contingat errare: sunt enim q ceruicem se confricantes ⁊ tunc in modicuz ca put huc ⁊ illuc contorquendo eorum pandunt stulticiam vt patet in vno nobili de ciuitate: ta men multotiens ex se subridet ⁊ loquitur: est enim propria flexe ceruicis stultitia. Cum vi deris ceruicis fluxum cum aliqua labioruz cō tractione risus ⁊ oculorum extra ordinem gy ratione aliquam inconstantiam in sedendo ⁊ i stando ⁊ vocem tremulam effeminatum ⁊ ma lorum morum denunciat. Ceruix retorta supe rius insolentem imitem significat ⁊ inanem. Ad pectoris partes ceruix flexa consistēs ani mum plenuz cogitationibus designat: ocupati interdum tamen parsimoniam: ⁊ interduz ma lignitatem ostendit. Variatur ceruix secunduz annexorum membrorum ligationem. Ceruix si in partem declinauerit sinistram stolidum ⁊ Chinodum idest caninum significat vt testan tur. Solida ⁊ vasta ceruix siue longa: que ⁊ dif ficulter flectatur: rapaces insinuat: qui ad mar tigoras refertur. Collum obliquum ꝑ latitu dinem corporis a dextris aut a sinistris deno tat dolosos: loquaces sagaces: ⁊ infideles vt tꝫ vernaculus philosophus. Et hoc ego etiaz ex pertus fui multotiens. Caueas te penitus ab obliquitate colli cum contractione sua in scapu lis: Tales namqꝫ maliuoli sunt simulatores ⁊ inuidi ⁊ fraudulentes cum summa ypocrisia: vt patet in fratribus obseruantinis ⁊ in multis alijs melancholicis quos ego notaui. Colluz autem medium habentes ad omnia virtutum genera preparantur. Et hec de collo Augusti ne mi tibi dicta sufficiant.

¶ Quesitū. xxix. Augustini Discipuli ad eū dem Coclitem magistrum De significationi bus clauis colli. Discip.

¶ Textus.

i Nquit philosophus in metha phoricis. Quicunqꝫ eaqꝫ sunt circa clauem colli bene solubi lia habent sensitiui non bene so lubilibus enim existentibus circa clauem col li facile sensum non mobilem recipiunt: Qui bus vero circa claues colli conclusa sunt insen sibiles sunt: difficiliter enim solubilibus existē tibus his que circa clauem impotentes sunt re cipere motum sensuum.

¶ Responsio Magistri ad Disci.

¶ Cōmentum

b Ic magister ingenii physiono mizat ex dispositionibus eorum que sunt circa clauū colli appel latur autē clauis colli nodositas siue spondilis colli que primo apparet supra spatulas vbi scilicet spatule ⁊ collū continuat. Ponit autem circa hoc duo signa. Primum est ꝙ habentes spatulas distantes bene ⁊ de center a claue collis: ⁊ non nimis immediate ei coniunctas sunt bone nature ⁊ sunt boni sensus: ⁊ per consequēs boni intellectus. Et reddit rationem dicens: Spatulis existenti bus bene solubilibus idest distantibus satis a claue ita quod spacium sit inter eas aliquale: Homines scilicet recipiunt facile idest facili ter motum sensuum idest faciliter expedi te sentiūt vel vt hec lr̄a. Isti recipiunt hoc est

habent notum idest sensum siue potentiã sensitiuã facile mobilem:idest faciliter reducibilem de potentia sentiendi ad actum. Cũ.n.motus ⁊ sensus a capite ⁊ cerebro toti corpori p virtutem sibi a corde trãsmissam vt dictũ fuit i alio loco deriuetur per neruos a cerebro ⁊ spondilibus colli ortum habentes sicut enim dicitur in libro de ꝓprietatibus rerumcollũ ifluentiã: virtutis motiue ⁊ sensitiue ꝛcipit a cerebro ⁊ receptã ad iferiores corporis ptes mediãtib⁹ neruis trãsfundit. Ysta aũt trãsfusio virtutis sensitiue ⁊ motiue nõ fit p ptez ãteriorez q̃ gula appellat:sz fit p ptẽ colli q̃ dicit ceruix sicut pz p ethimologiã nois:dicit.n.ceruix quasi cerebri via secũdũ Ysydoꝛ.Cũ ergo vie neruoꝝ p q̃s virtus sentiendi cõmunicat ⁊ mittit corde a cerebro:⁊ etiaz via p quã cerebro mittit a corde calor tẽperatus i q̃ntitate ⁊ q̃litate cũ quo virtus sensibilis opat secũdũ q cõuenit vnicuiq; sensuũ:eo q nõ cũ quocũq; calore virtus sensibilis opat:vt vult Auerroys secũdo colliget ca⁹ de iuuamentis ystrumentoꝝ:sensuũ vt etiã fuit allegatũ.qñ igit iste uie sunt bene late spiritus sensibiles q corpori a cerebro mittunt bñt faciles trãsitũ eo q nerui ipsos deferentes nõ ãgustant:nec pp strictura opilãt. Et similiter calor a corde cerebro trãsmissus vt cerebrũ debite faciat opatiões suas etiã liberũ hz trãsitũ:et ita istis vijs latis existentib⁹ seqt bonitas virtutũ sensitiuarũ. Ystud aũt fit q̃n spatule a claui b⁹ colli satis distãt q̃re seqt q bñtes dispositionez talem sint boni sensus. Et secũduz hoc ista lra põt adhuc aliter exponi satis cõgrue sic tales recipiũt faciliter motũ sensuũ.i.spirit⁹ sensibiles disponentes sensitiuas virtutes:ad hoc q possit moueri a sensibilibus ⁊ ꝑcipue calorẽ a corde cerebro trãsmissuz disponens cerebrũ vt virtutes sensibiles ab eo debite ꝓueniãt motu i quãtũ mobile facile.i.eo qõ dicta motiua sensuũ.s.species sensibiles:et calor õbitus sũt faciliter mobiles cũ vie ipsoꝝ p strictaz aliquã nõ ipediãt. Deide ponit secũdũ signũ qõ sumit ab opposita dispõne ad primuz ⁊ pz ex p̃dictis. Cñ itelligendũ est cũ ãnexis ad ꝓportionalitatez.⁊ hec de claui colli tibi sint satis.

¶ Quesitum.xxx. Augustini discipuli ad eundem coclitem magistrum De significationibus spatularum.

¶ Discipulus

¶ Textus.

q Libuscũq; spatule bene solute sunt:liberales sunt:secũdũ aiem referunt ad apparentez formã:q cõuenit apparenti forme liberalitas. Quib⁹ vero difficiliter solubiles cõtulse illiberales referũtur ad apparentez cõuenientiã. Ytez gbuscũq; musculi sunt bene eminentes:⁊ spatule fortes secũdũ animã referunt ad masculinũ genus. Quibuscũq; musculi ibeciles:⁊ inarticulati molles sunt secũdũ animã referũturq; ad femininũ gen⁹ hec dico q̃ de pedibus ⁊ coxis.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cõmentum.

b Ic Physionomizat ingeniorũ priceps de dispõnibus spatule. Secũdo maiora ex gb⁹ cũ alijs minoꝛib⁹ cõponũt humeri siue spatule.et dicunt spatule ad modũ spate siue scapule ascãdendo dicit iterscapiliũ spaciũ qõ iter scapulas est.vñ ⁊ nominãtur:pale sunt duo si dextra leuaq; eminentia membra:dicta q in luctãdo eas pmimus:qõ greci palin dicunt vt scribit Ysidorus ponit aũt duo signa de ipsis Primũ est q bñtes spatulas bene ad inuicez distãtes sunt liberales q̃les sunt spatule i leone Et dicit q istud signũ accipit a fora apparẽte: q liberales ⁊ largi apparent i largiendo lati ⁊ diffusi.ecõtrario bñtes spatulas ꝛiũctas ⁊ q̃si ad inuicez ꝛfusas.i.icõpositas sunt parci ⁊ illiberales ⁊ isti referunt ad apparentez ꝓuenientiã nihil.n.dare volentes circa spatulas se constrigunt:sic exponit Guilielm⁹:Scias q musculus ex carne ⁊ neruo ⁊ ligamento cõponi dicimus: Ypsi quoq; volũtariorũ motuũ sunt instrumenta:quoꝝ figure secũdũ suoꝝ diuersitatez locoꝝ ꝓut eis necesse est diuersificãt. Plures aũt ex eis ita carne sunt circũuolute vt ꝓtendant vsq; ad suas iferiores ptes ⁊ extremitates Musculus ⁊ lacertus idez sunt:sz dr musculus ad formã muris:⁊ lacertus ad formã lacerti. Sũt.n.ista aialia ab vtraq; pte gracilia ⁊ lõga saltz versus caudã i medio aũt grossa. Ita ⁊ musculi siue lacerti siue pulpa ⁊ est caro sine pinguedine:dicta q palpiter:resilit.n.sepe hãc pleriq; ⁊ uiscũ vocant:propter q glutinosa sit Ideo vulgus appellat lacertos pulpas.

Vult igitur dicere philosophus spatule muscu
lose idest carnose seu pulpose cū eminētia car'
nis referūt ad masculineitatē: qz ō natura mus
culi ē hre inatā caliditatē fortē: ꝛ de ratiōe cali
di ē augere mēbroz formā secūdū oēz diame'
trū. Spatule ergo grosse ꝛ late significāt calidi
tatē. Robur existit in nervis ꝛ ossibus. quādo
igit musculi sunt bene carnosi necessariū ē ossi
um ꝛ nervoz fortitudinē adesse: aia cōiūcta in
tali habitudie pōt exercere fortes actiōes. Jō
dixit Rasys. Spatula lata bonū indicat itelle
ctū. Rō pz. qō ex latitudine spatulaz idicātur
musculi lati ꝛ robusti q ꝓcedūt ab origine for
ti: q̄ ē i cerebro vbi ē initiū nervoz ꝛ sedes ani
me. Vñ de necessitate seqt fōra capitis capax
ad babēdū bōitatē sensuū. Musculi ibecilles
ꝛ inarticulati. i. nō bene cōplexionati ꝛ cōposi'
tiōati. i. q spatule sint ꝓfesse: ꝛ fortasse cū mol
licie carnis ostēdūt flegmaticā cōplexionē con
trarie nature: qō dictū ē: ꝛ si ē sine mollicie idē
iportat. vñ Rasys spatula subtilis: sensus. i. in
tellectus oñdit paucitatez. Femine tēpore nro
ꝓp idumēta bestialia cōstringūt spatulas ꝓstric
tiōe tali qō causant vel formāt q̄si formā vulue
in posteriori pte ipsius spatule. Et abstergunt
cū aquis ꝛ alijs fatuitatib⁹. Et sic ēt faciūt viri
magni p̄cij: ꝛ p̄cipue galli ꝛ itali: Nō dico vi'
ros sz poti⁹ semiuiros. Jdeo doleo italicā re'
gionē sic gubernatā esse cū abenis leporinis vt
exhausta sit a gallicis regibus: sine ipulsu p̄lio
rū: nā vt lepores timidi fugiūt canes nō mor'
dētes ecclesiasticoz gratia. Ad ꝓposituz dixit
Rasys capitis spatule elevatio valde elōgata
stulticiā significat: qō Aristoteles dixit Alexā
dro signū asperitatis ꝛ infidelitatis existeꝝ. Nū
q̄ vidi gibbosos bone nature: gnūmo pfidi sūt
ꝛ maligni sūme: ꝛ sunt radices oīuz deceptio'
nū. Sagaces supplātanei: ꝛ bīt sublime igeni
um i nephādis actiōib⁹ ꝛ ipossibile ē eos hre
actiōes laudabiles: qz aia cōnexa i habitudine
tali seqt retrogradā formā: qm̄ vt plurimū me
lācolica ē. Cauēdū ē igit i oi tēpore ab obuia'
tiōe ꝛ societate hoīs ifortunati p opus nāe su'
pioris: velut ab hoie cui diminutū sit aliqō mē
brū organicū. vñ maxim⁹ igeniosus i ō secretis
secretoz ait. Caue ꝛ p̄caue ab hoie ifortunato
ꝛ diminuto i aliquo mēbro sicut cauēdū ē ab ini
mico vñ ē ꝓuerbū. Canere a signatis: ꝛ alibi in
hoie signato i aliquo mēbro nō ꝓfidas. Et hic
ē qō pbūs vii. politicoꝝ penultimo cap° inqt
De reservatione autem ꝛ alimento genitoruz
sit lex: nullum orbatum idest monstrum aut di'
minutum nutrire propter multitudinem autez
puerorum ordo gentium prohibet nihil reser'
vari genitorum: oportet enim determinatā esse
multitudinem puerorum procreationis causa.
Si autem aliquibus fiant propter hoc combi'
natus: ante q̄z sensus insit ꝛ uita fieri oportet
abortum. Hic philosophus intelligit q aia se
quitur formam corporis ut in secundo de aia
Et secundo priorum ꝛ in methaphoricis ꝛ q
ex corpore male organizato non possunt cau'
sari actiones laudabiles: ut sepe dictum est hic
loquitur physionomice: ꝛ ut sit clara: ꝛ nō con
fusa lex ad bene esse ꝛ viuendum: cum cōueni
enti norma vt pertinet ad pollitica. Et postea
dicit q impedit ordo ogruus puerorum quia ex
nimia exuberantia ipsorū fit confusio ad bene
esse: ut dixi: Et si pater familie filiorum copiā
habet quamnon possit nutrire conueniens est
causare abortum ad euitandum nimium ma'
lum. Ego cogitaui multotiens ꝛ vidi qō pater
familias non potuit nutrire filios ꝛ propter in
digentiam fuit fur ꝛ predo: ꝛ ita filiis eueniſ'
se propter genitorum ꝛ genetricis auxilium:
Et confessi sunt ad torturam. Tamen qui'
dam ignari theologi exclamant in pulpitis eo
rum contra Aristotelem ꝛ nō intelligunt quid
dicant: quia philosophus non dat preceptum
conatiuum imo persuadet in causa necessitatis
ad perficiendum regulā i miseria ut ituenti pate
bit. Et uernaculus pbūs ait.

¶ Ben se vozia plicar li cinqui rami
Del pzimo fra le do piu apresso
Dicendo boz toi poi che tanto mami
¶ Poi laltre cinqz del sinistro tronco
Voltare inuerso gliochii de si stesso
Ebi mai si fida in rosso guercio e cionco

¶ Vult concludere qō nullo mō est cōfidēdū
in feminis ꝛ hominib⁹ rubeis ꝛ strabonibus
aut monoculis ꝛ etiam gibbosus ꝛ ratio alle'
gatur in eodem libro. dum ait.

¶ Quando tu vidi quisti zoppi e glombi
Jmpio so el segno de la parte
Et anche quisti cū li flexi lombi
¶ Defecto corporal fa lalma ladra
Jn pegiorando dicen le loz carte
Sonno superbi: e de la mala quadra.

¶ Item philosophus in methaphoricis inquit inconmensurati astuti vel dolosi: ⁊ referunt ad passionem ⁊ femininũ genus. Et hoc summitur a corporalibus conmensurationibus q̃si dicat incommensurati sunt dolosi ⁊ uersuti ut tenet in de secretis secretorum sicut pretactum est. Et dicit si enim incommensurati sunt astuti ⁊ dolosi: Mensurati iusti erunt ⁊ fortes. Relationem autez commensurationis ad corporꝝ bonam motionem ⁊ bonam necessitatem reducendum. Sed non ad masculinuz ⁊ femininũ sicut in principio dictum. est. Bene autem se habent omnia signa quecunque predicta sunt referre ad apparentem conuenientiam i masculinum ⁊ femininum hic eni perfectissima diuisione diuisa sunt. Et demõstratuz est: q masculus femia iustior ⁊ fortior est. Et uniuersaliter dicẽdo melior. Ideo vir nũcupatus q maior in eo vis est q̃z in feminis vnde ⁊ virtus nomẽ accepit: siue q vi agat i femina. Mulier vero a mollicie tanquaz molier detracta littera vel mutata appellata est mulier. Utriqz enim fortitudine ⁊ imbecilitate animorum vel corporꝝ separantur sed ideo virtus maxima viri: mulieris minor: vt patiens viro esset. s. ne feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere: aut in aliuz sexũ proruere hec ysidorus Intendit philosophus q mõstruosi defectuosi ⁊ distorti etiam mali in anima sunt: ⁊ vitandi Deinde cum dicit relationem autem. Vult dicere q iam dicta signa de commensuratione: ⁊ etiam omnia alia possunt reduci ad complexionem corporis que ex diuiso concursu qualitatum eleuantium causatur vel ad sexum masculinum vel femininum: vel ad apparentem conuenientiam quasi dicat si masculuz exupat femina in cõmensuratione membrorum sic arguimus differenter i moribus vt patet de diuisione sexus ita incommensurati egrediendo ad congruentiam nature ita in moribus ⁊ ecõuerso mensurati idest bene complexionati ⁊ cõpositionati vt habeant proportionalitatem vt in primo libro. Reducendum est ad relationẽ commensurationis ad bonam motiõnez ⁊ bonam necessitatem idest ad bonaz complexionẽ que fit ex bona natiuitate ⁊ bona formatione virtutis nutritiue siue formatiue. quod fit quãdo virtus formatiua ẽ fortis ⁊ pleue dominat in natura propter ipsius perfectam obedientiã ⁊ bonam dispositiõem: vt dictum est frequẽter ⁊ non ad masculinam formam quasi dicat non solum sunt ista signa reducibilia i formam masculinitatis ⁊ femineitatis sed ad bonã ⁊ malam complexionez corporis. Ad propositũ redeundo bene solute idest bene formate spatule in latitudine ⁊ longitudine significant vt exponi potest. Spatule igitur abrase significant tenacitatem nec non timiditatem ⁊ litigiũ. Spatule inequales dure capacitatis signum sunt ⁊ actiones sue sunt inequales

¶ Quesitũ. xxxi. Augustini Discip. ad eundẽ Coclitez Magistrũ De physionomia brachiorũ.

¶ Textus

p Etimus ẽt p̃ceptor optime: Ut quẽadmodũ d̃ ceteris: ita d̃ phisionomia brachiorꝝ disseras iã. n. ꝓpemodũ tibi fidẽ adhibeo.

¶ Responsio magistri ad Di. Cõmentum.

h Umeri dicti q̃si armi: ad distinctionez hominis a pecudibus mutis: vt hi humeros: illi armos habere dicuntur. Nam proprie armi quadrupedis sunt. Ala summi humeri pars posterior. Brachia a fortitudine nominata sunt bari enim grece graue ⁊ forte significat In brachiis eniz tori lacertoruz sunt: ⁊ isigne musculorum robur existit. Hi sunt tori idest musculi: ⁊ dicti tori q illic viscera torta videãt Cubitus dictus: q ad cibos sumendos i ipo cubamus. Ulna secundum quosdaz vtriusqz manus extensio est secundum alios cubitus: quod magis veruz est: quia grece olenos cubitus dicitur. Ale sub brachia sunt appellate: eo q ex eis in moduz alarũ motus brachioruz incboet: quas quidẽ ascellas vocant: q ex his brachia cillentur idest mouentur. Unde ⁊ oscilla dicta ab eo q cillẽt idest mouẽtur ora. Nã cillere est mouere. hos quidaz subhircos vocãt propter q implerisqz hominibus hircorum setorem reddant omnia supra notata dicit Isidorus in xi. ethimologiarũ capitulo primo adiutorij omnis iuncture ⁊ manus cuz in tãtũ ꝓlixitatis excedit vt errecto corpore medii digiti extremitas ad gẽua appropiquet humiles ⁊ fortes significat homines. Sed zacharie filius huic velut aduersanter subiutulit.

Cum brachia adeo fuerit oblongata ut manꝰ perueniãt ad genua subtilitatem arrogantiam atqꝫ regnandi cupiditatem designat: Aristote les quidem ait. Hec signa audaciaꝫ ¶ probita tem cuꝫ largitate ostendere videntur. Et tales existimãt Alexandrũ magnuꝫ manus habuis se. Nec obstat qꝫ zacharie filius dicat i aliquo arrogãtiam: i aliquo regnandi cupiditate anda ciam significare. Idem tenet Albertus in de animalibus ¶ in cõpendio sue theologie: Et bieronymus de mãfredis: ¶ rasys. Illa enī elõgatio procedit a magna calidtate cordis cũ humiditate proportionata que est causa elonga tionis ut comprebendi potest ex dictis nostris Cumqꝫ huiusmodi prolixitas ad femur tãtũ extenditur maliuolos declarat alienis malis congaudentes inuidi ¶ eni sunt bꝫ. Et dicunt nõnulli qꝫ boc signum timiditatem ¶ discordie amatorem ¶ ignorantem ostendit. Cibum qui cum desiderio appetũt adeo vt os ad manus porrigãt: q̃ cã ẽ qꝫ brachia brevia ¶ decurtata sũt ¶ manuũ organa idisposita maliuoli ¶ inuidi sũt uidet eni inuidia frigiditatis ¶ siccitatis filia eaꝫ saturno generante. Tenues cubiti aut non pleni si imbecilles extuerint agrestem testantur ¶ indocilem. Brachia grossa ossibus neruis ¶ carne naturam robustam indicãt. Et si uene appareant calidam ostendunt complexionem Quando brachia sunt grossa cum carne molli mulebrem naturam demõstrãt. Aiunt physio nomi brachia valde pilosa luxuriaꝫ denotare. Et philosphus Alexãdro scripsit. Qui loquit ¶ mouetur motu manuũ est inuidus eloquens ¶ deceptor. Qui uero est abstinens a motu manuum bic est perfecti intellectus bene dis positus ¶ summi consilij. Rationeꝫ dicemus in capitulo de passibus ¶ diximus in primo libro. Aliquis posset dicere qualia igitur sunt brachia homini integro conueniẽtia breuiter respondeo secũdum Albertum in compendio sue theologie: Cuius sententia bec est accipi endo scilcet extremitates digitoruꝫ mediorum extensis brachijs: que mensura est congrua ad longitudineꝫ hominis a pedibus scilicet usqꝫ adfinem frontis ¶ principiũ capillature: Et boc de brachiis satis dictum sit.

¶ Quesituꝫ .xxxii. Augustini Discipuli ad eũ dem Coclitem magistrum De physionomia manuum. Discip.

¶ Textus

Aquit nũcius nature ad magnũ
i Discipulum: palme longe cum digitis lõgis significãt dominiũ suum bene disposituꝫ ad multas artes ¶ precipue ad mecanicas ¶ sapientem in operibus suis. Et est signum etiam boni regi minis Grossicies uero digitoruꝫ ¶ brevitas significat insipientiam ¶ stoliditatem.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cõmentum.

Anus est organum organoꝝ
m tertio ð anima. Et albertus ma gnus i libro de anima facit diffe rentiam inter organum ¶ instru mentum: organum eniꝫ est quod habet motorẽ sibi iunctũ ut oculus manus pes ¶ huiusmodi Oculus enim habet motorem intra uirtutem uisiuam ipsum mouentem: manus uero virtutẽ operatiuam ac pes virtutem progressiuã ¶ sic de aliis. Instrumentum autez est illud quod habet motorem coniunctum extra: ut gladius baculus securis ¶ huiusmodi. Natura regi nua totius corporis fecit manum cum palma longa ¶ digitis a bonitate materie regulatis ut in pluribus ita qꝫ sit sufficiẽs ad omnes opati ones perficiendas ad ostendendum dominiũ idest ingenium indiuidui per mẽbra exteriora Innamentum etiam fortius ad capiendum capienda efficitur. Eius enim figura est cõue niens ad capienduꝫ ¶ faciendũ omnia organa cuiuscũqꝫ officii ¶ artis ¶ ideo dicit esse orga num intellectus deputatum ut ait Auerrois octuagesimo primo cõmẽto canticoꝝ Auicen ne. Dit Isidorus manus dicta qꝫ sit toti⁹ cor poris munus: Ipsa enim cibum oi ministrat ipsa operat omnia atque dispensat. Et dicit palma est manus expansis digitis: sicut cõtrac ta ẽ pugnus. Pugnus autẽ a pugillo dictus si cut palma ab expansis palme ramis. Digiti nuncupati: uel qꝫ decẽ sunt: uel qꝫ decent tũcti existant. Nã babent in se ¶ numerũ pfectuꝫ ¶ ordinẽ decẽtissimũ. Primus pollex vocatus eo qꝫ inter ceteros virtute polleat ¶ potestate. Secundus idex ¶ salutaris: seu demõstratori⁹ quia eo fere salutamus vel aliqd ðmõstram⁹. Tertius impudicus: qꝫ plerumqꝫ p eũ pbra infectatio exprimit. Quartus annularis eo qꝫ

in ipso annulus geritur. Idem et medicinalis q eo tenia collyria a medicis colligũt. Quintꝰ auricularius: pro eo q eo aurem scalpimus. Dixit autem qui formica valde utilis appellat oportet scire quantitatem manus deinde qualitatem ⁊ substantiam ⁊ rationem q: magnam noticiam conferunt accidentia ad cognoscendum quod quid est: vt inquit Aristoteles prio de anima. Grossicies digitorũ ⁊ brevitas ostendit paucitatem materie ⁊ flegmaticam complexionem ⁊ q natura non potuit regulare: ꝺ qua spiritus sunt similis nature ⁊ tunc habent stolidi tatem. Eiusdem sententie fuit Rasys ⁊ conciliator ⁊ Ptolomeꝰ philosophus. Inquit formica valde utilis sciendum quod magnitudo manus interdum provenit ex magno labore ⁊ ideo qui multum laborant habent grossas manus: Interdum etiã ex natura: ⁊ tunc ex magnitudine ossium ⁊ neruorũ: ⁊ talis sive vir sive mulier sit naturaliter est fortis: Interdũ et provenit ex grossitudie carnis: ⁊ tũc tales ebrios si sunt ⁊ luxuriosi ⁊ naturaliter viles efficiunt. Item si quis habet manus grossas ⁊ digitos circa extremitates vnguium acutos talis est cupidus ⁊ falsus. Unde sciendũ est quod index medius fidus ⁊ auricularis habent tres iuncturas. Si igitur in qualibet iunctura non fuerit nisi vna linea ille subito morietur. Si vero fuerint ibi due linee eque distantes bonum signum erit ⁊ significant hominem veridicum ⁊ bonum. Si in media iunctura cuiuslibet digiti tantũ fuerit vna linea ⁊ in duabus aliis iuncturis fuerint due talis perdet vnum oculum. Et hec formica. Dixit Ptolemeus manus grossa ⁊ callosa significat homines non cõtentari animo. Dixit Rasys manus leues ⁊ subtiles sapientiam multam ⁊ bonum designant intellectum humorum subtilitatem indicant. Manꝰ graciles ⁊ multum longe tyrannidem declarant atq; stulticiã. Inquit Ptolomeus phus Manus diuersorum colorum luxuriosuꝫ aut crudelem significant. Similiter digiti subtiles plus q̃ decet stulticiam denotant. Dixit formica valde utilis. Si quis habet digitos in extremitate latos talis fidelis est: ⁊ bonus socius. Si quis habet tabulaz in manu latã ⁊ digitos graciles ideſt longos talis est subtilis in opere naturali: ⁊ est dispositus ad cytharizandum ⁊ organizandum. Si quis habet tabulaz i manu paruaz ⁊ digitos grossos talis est dispositꝰ ad bene scribenduz: ⁊ talis ex apostemate morietur. Si quis habet manus non nimis magnas aut nimis paruas verũ proportionatas corpori suo: talis est magis conueniens in omnibus accidentibus suis. Si quis habet paruas manus talis est mulierbris i factis suis: ⁊ est insatiabilis ⁊ odiosus ⁊ nũc diligit: nũc odit raro autez aut nũq̃ in eo est confidendũ. Et si aliqua mulier habet manus viriles: habet diafragma: ⁊ habet vuluã intumescentẽ: ⁊ cito poterit concipere ⁊ partũ nullum producit. Si quis autez habet manus grossas ⁊ pingues talis est bebes ingenio: Sed mulier teles babẽt manus appetit valde. Si quis vero habet manus graciles talis ẽ agilis in factis suis ⁊ multum diligit mulieres. si quis habet digitos cauos ⁊ indispositos ⁊ ad inuicẽ se non bene contingentes talis est mendosus: locutione lenis ⁊ cũ factis non concordat: Ut fuit Seraphinꝰ de Pisis medicus. Qui habet digitos segregatos ⁊ non recte iacentes significat miseriam ⁊ paupertatez: Et ratio huius est propter ipsa proportionez que nõ presupponit ibi bonũ intellectum sed maluz ⁊ inordinatuz. Digiti vero parui stultũ denotãt bebetez ⁊ iuidũ: Dixit morbet ꝛc. Cardinalis i sua chyromãtia digiti longi ⁊ subtiles ⁊ ad inuicez bene proportionati bonũ ingeniũ ostẽdũt ⁊ maxime i mecanicis: Et etiã malũ regimen demõstrat ⁊ sic segi q semper sunt miseri vt i politicis patet. Et si fuerint multũ dispersi paupertatẽ ostẽdunt ⁊ miseriaz: Et hoc notauimus persepe i egenis. dicunt.n. aliqui q digiti valde breues ⁊ exigui fortes ⁊ bene sagaces ostendunt: hoc tamẽ nõ videtur mihi simpliciter asserenduz esse. Crasse quidez manus digitos si breues vltra mensuram habuerint tergiuersatorem furẽ insidiosum denotant: sed manus intorte ⁊ tenues voraceꝫ indicãt ⁊ loquaceꝫ. Dicũt alig q digiti grossi ⁊ parui et curua palma hominez indicãt inuidum stultum miserum ⁊ auarum. Et ratio huius est quoniam grossicies indicat multum de materia: ⁊ modicum de caloze naturali: non potente super passum propter quod denotatur homo terrestris siccus ⁊ rudis ratione siccitatis nimie: ⁊ stultus denotatur propter defectuz caloris naturalis ⁊ humidi proportionabilis ⁊ per consequens auarum notat propter curuita

tem. Dixit acutor parue chyromãtie. Mulier paruas manus ꝛ digitos groſſos in extremitatibus habẽs ſignũ eſt luxurie ꝛ rudis ingenij. Et mulieres habentes curtã palmaꝫ :difficultate partus grauabuntur. Et hoc ꝓpter curtam longitudinem ſciſſure uulue. Que quidẽ longitudo eſt ſimilis longitudini:q̃ eſt ĩ dorſo medij digiti iuxta primam iuncturam veniens per palmam vſq; ad raſettam. Et hec duplicata erit menſura pediſ vt dicunt ꝛ bene. Vit quidam cuius nomẽ ignoro. Manus curte ꝛ gibboſe ꝛ tenues ioculatorem ꝛ deuoratorem ciborum oſtendũt. Cuius rei cauſa eſt nervorũ extremitas que ꝓpter ſiccitatem retrahitur ꝛ flectitur interius ꝛ curuatur. Vnde homines curui in extremitatibus ꝑ ignem aut per egritudinem bene loquuntur:ꝛ multum bibunt ꝛ comedunt. Quando extremitas auricularis non poꝛrexerit ſe ad vltimam iuncturam medici penitus ſpuritatis eſt ſignum vt inueni infinitis vicibus. Et ſi flectuntur in extremitatibus inuidiam ꝛ auariciã deſignant. Et tales ſunt ſagaces ꝛ perfidi vt patet in ſimiſis:ꝛ cum intra econuerſo. Si pollex verſus alios digitos ꝛ a alij verſus pollicem inclinantur auariciaꝫ oſtẽdunt ꝛ maliciam: Et hec diſpoſitio membroꝝ a fonte procedit ad quod ſequitur quod dictuꝫ eſt. Si vero tenent ex conſuetudine manuꝫ rectam ꝛ digitos extenſos in longum ſignum eſt loquacitatis timiditatis ꝛ vanitatis. Si clauſum pugnum ſemper quis teneat impetuoſitatem ſignificat ꝛ iracundiaꝫ. Digiti parui ꝛ tenues in viro oſtẽdũt ipſum eſſe fatuuꝫ. Si breues ꝛ groſſi audaciam ꝛ inuidiam oſtendunt. Quando autẽ ſunt bene cõpoſiti pulchre foꝛme ꝛ bene commenſurati indicant bonos mores. Qui loquendo multum monet ꝛ percutit manum ad manum ꝛ multos habꝫ geſtus eloquens inuidus ꝛ defraudatoꝛ eſt. Fiunt aliqui vt hermes q̃ tremoꝛ manuum in iuuene ſano oſtendit q̃ facilis eſt ad iram. Hoc enim a magno caloꝛe ꝛ cõmotione ſpirituum procedit Si vero multum foꝛtis fuerit tremoꝛ ſignum ẽ vitioſe complexionis ꝛ q̃ talis iraſcitur de facili melancholicus multiuolus ꝛ malignus eſt. Concaua manus cum tuberculoꝛum bonitate atq; linearum ꝓpoꝛtione longitudinis vite ẽ ſignum: Et ſi ſit contrarium contrarium iudicabis. Digiti ex quacunq; foꝛma cum articulis craſſis miſeriam atque infoꝛtunium indicant: vt infinitis vicibus notaui. Scias quod ex foꝛma digitoꝛum tres etates diſtinguemus ſicut ĩ phyſionomia linearum patebit. Erectis digitis aſpiciendum eſt ſi ad inuicem coniunguntur:ꝛ vbi eſt diſgregatio: Vbi infoꝛtuniuꝫ. Cuius initium eſt a prima iunctura indicis ꝛ medij ꝛ procedendo vſq; ad extrema digitoꝛum reuertendo ad indicem annularis ꝛ auricularis ꝛ ſic tres etates ꝛ foꝛtunam ꝛ infoꝛtunium inſpeximus. Si aggregatio eſt continua cum optima foꝛma articuloꝛum ꝓcipuam foꝛtunam putamus. Et ſi coniuncta coꝛreſpondent ait Conciliatoꝛ ꝛ Albertus magnus quando digiti ſunt collecti ita q̃ in aerem eleuati non trãſparent ꝛ ſunt conglobati auarum ꝛ malignum oſtendunt. Et ſi digiti recte flectantur verſus dorſum iuſtum ſubtilem ꝛ ingenioſum indicant maxime ſi ſunt ſubtiles. Si quis duꝫ ambulat ex conſuetudine tenuerit pollicem inter alios digitos auarus eſt vt vidi in quodã Johanne conterraneo noſtro. Digiti etiaꝫ longi lõgitudinem auricularũ epatis :ꝛ magnitudo eorũdem eiuſdem declarant magnitudinem:paruitas vero parualitatem vt ait Albertus in libꝛo de animalibus vt ſupra diximus:hoc idem aiunt Auicenna ꝛ Galenus in libꝛo tegni. Si quis habuerit manus rubras ſiue vir:ſiue mulier extiterit. Ille ſanguineus luxorioſuſq; efficitur:vt inquit foꝛmica valde vtilis. Ptholomeus vero ait:Qui habet vltimas digitoꝛum iuncturas groſſas ꝛ euerſas tales ſi diuites extiterint :giratione tempoꝛis ꝛ proceſſu depauperabuntur:aut aliquo alio infoꝛtunio eoꝝ vita debilitabitur. Preterea inquit habens manus curuas in longitudine biotanate mortis eſſe ſignuꝫ. Et hoc vt in pluribus dictum ſit: quoniam reperiuntur aliqui habentes numeruꝫ digitoꝛuꝫ ſenariũ ſcilicet duos vltimos verſus auricularem:eodem modo lineatos in magnitudine tamen diuerſos appꝛime regulatos vngues nodoſq; a bonitate materie regulatos. Et primo a me preſente Magiſtro Ludouico Vitali in belia hebꝛeo viſum eſt:ꝛ in multis alijs:quoꝝ nomina in medium bꝛeuitatis gratia non adducaꝫ:ꝛ hoc viſum fuit hic bonorie. Et ſic iuxta ingenij noſtri poſſibilitateꝫ digitoꝝũ capitulum explicauĩ a lectoꝛibus veniam poſtulans ſi quid a nobis ſit diminute

dictum aut superflue: quoniam multa in medium adducere potuissemus tamen ista tanquaz annotatiõe digna pauca conseruimus.

¶ Quesitũ. xxxiii. Augustini discipuli ad eundem Coclitem magistrum De significatione vnguiũ.

¶ Discipulus.

¶ Textus.

n On incongruũ est preceptor optime: vt: quoniam de vnguibus multi multa loquunt: de eorum quoqz Physionomia: nisi molestum sit aliqua pertractes.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cõmentum.

a It princeps recentiorũ physionomorum atqz Chyromanticorũ ⁊ bene: q̃ vngues ex superfluitatibus cordis sunt producti: qa tamen mẽbri nobilioris actionis ipsuz esse correperitur: per ipsos nimirum est aliquid designare: Et inquit in differentia. 54. Unguis ẽ corpus extensum petale ex superfluitatibus ꝓductum induratum super digitorum extrema: Iuuamento plurimo situatum solum eniz in vltimis oritur digitorum manuum ac pedum ceu pili in cute corporis particula extrema. Unde si quid de ossibus paruis in sũmis manuum aut pedũ perdatur non ibidem vngues crescunt: sicut neqz in nobis pili cute deperdita propterea in cicatricib⁹ non fiũt: Unde problemate vndecimo propter quid equis ⁊ asinis. Modus quoqz originis ipsorũ vnguiũ ꝓportionalis est pilorũ productioni ex supfluitatib⁹ grossiorib⁹ nõ adeo adustis. Ungues sunt facti in extremitatib⁹ membrorũ ad melius capiendũ. Et Auerroys in canticis: Auicenne commento. 180. dixit iuuamentũ tamen vnguiũ in digitis est ad iuuandũ eos ita vt cũ capiunt aliquid quod capiant illud firmiter: sunt enim instrumenta carnis in extremitatib⁹ digitorũ existentis in tantũ vt rem quaz capiũt possint bene constringere: ⁊ fortiter tenere. Ungues plani albi molles ⁊ tenues ⁊ subrubentes ⁊ bene lucidi optimũ i homine ingeniũ indicant. Et hoc est vnũ ex signis quod valde raro fallit: qꝛ tales vngues ab optima procedũt complexione vt magno teutonico placuit: qꝛ spiritus qui producũt vngues delati a corde sunt clari ⁊ subtiles ex quorũ superfluitate generant vngues. Ungues asperi rotundi pronos in venerem designant. Breues vltra modũ malignitatem arguũt: similiter nigri: parui: ⁊ reflexi ⁊ curui rapaces indicant: ⁊ imprudentes. Auib⁹ qdẽ rapacib⁹ ꝯparãt: Hi secũduz medicos cũ digitorũ macie testant corporis consumptionem. Et cũ vngues decidũt sine cã lepram futuram iam propinquam minant. Puer sine vnguibus natus aut debiles habens vsum nimis salis aut diurecticorum denotant matrem obseruasse vt testatur philosophus in septimo de natura animalium capitulo quarto. Ungues in medio profundi grossi ac spissi homines rudes pauca scientes ostendunt ⁊ presertiz si caro circa digitos alta ⁊ grossa sit. Dixit Ptolomeus phylosophus. vngues longi pauperem ⁊ mendicum semper significant. Idem confirmatur a pontio gallico Aiunt etiam. quibus vngues sinistre man⁹ magis crescunt q̃z dextre paupertatem significãt. Similiter si sint sine colore. Miror q̃ omnes legiptimi auctores affirmant puncta alba i vnguibus significare benedictiones ⁊ amicos. Scias quod ego multotiens notaui ⁊ secundũ ordinem digitorum iudicaui: puncta alba in solari digito indicant augumentum honoris officia ⁊ cum nobilibus amicitias ⁊c. Et ratio est quoniam significant bonuz humorem benignũ bonam presupponentem complexionem ⁊ intellectũ: vnde bona sequitur discretio ⁊ benignitas. Unde homines acquirunt amicos ⁊ laudantur: in digito auriculari cuz mercurialibus ⁊ Mercurium bene dispositum in illa girationem ⁊ similia: Puncta nigra significant damna ⁊ persecutiones carceres ⁊ omnia detrimẽtorum genera: vt audiui a quodam fide digno q̃ accidit in ipsis ⁊ secundum diuersitatem digitorum accidit infortunium ⁊ diminutio substantie. Aliqui dicunt inuidiã ostendere. Et ratio huius est superhabundantia melãcholie sicce que superat ⁊ defectus caloris naturalis qui deficit. Et istud demonstrãt puncta nigra: que semper melancholiam ⁊ siccitatem terream sequuntur. Mihi videtur q̃ experientia contradicat: nã semp vidi pũcta nigra ⁊ alba inducer accessuz ⁊ recessuz i paucos dies: ⁊ a d̃termiatis effectib⁹ causari: qd̃ nõ põt eẽ nisi a planetarũ giratiõe i diuersis ãnis ⁊ mẽsib⁹ vt iferi⁹ in tertio libro pz i plurib⁹ locis de physionomia planetaꝝ.

¶Queſitus .34. Auguſti. Diſcipuli ad eũdẽ Loclitem Magiſtrum de ſignificatione tactus. Diſcipulus.

¶Textus.

q Quoniam ſecundum tactum caro etiam in hominibus diuerſificatur: vt legiſſe varijs in locis me memini: Deſidero abs te intelligere quid de tactus diuerſitate ꝛ eius phyſionomia ſentias.

Reſponſio Magiſtri ad Diſcipulum

¶Cõmentũ.

r Jt philoſophus in libro de regimine principum. Et ſenſus: qui eſt in manu ẽ vis tactiua ſeu palpatiua ꝛ curſus eius eſt in calido ꝛ frigido aſpero ꝛ leni ꝛ humido ꝛ ſicco. Et ẽ vis contenta inter duas pelles quarũ vna eſt i ſuperficie corporis ꝛ alia i eo quod ſpectat ad carnem: quando ergo acquiſitus ẽ quilibet iſtorum ſenſuum quos deus contulit huic Regi: oriunt ex radice cerebri pelles ſubtiles leues ſicut tele aranearũ: ꝛ ſunt quaſi velamen ꝛ cortina huic Regi: cum ergo preſentatur id quod habet quilibet ſenſus: ꝛ peruenit illud vſque ad illas pelles que ſunt in ipſa ſubſtantia cerebri: congregantur tunc veſtigia ſenſatorũ omnium apud virtutem ymaginatiuam que repreſentat ea virtuti cogitatiue: que eſt in medio cerebri: vt ſpeculetur ea ꝛ colligat ac ſtudeat i earum figuris ꝛ exemplis vt cognoſcat in eis nociua ꝛ iuuatiua ꝛ vt operetur iuxta menſuram que prouenit ei ex illis. Et vt dicit Auerroys in de ſenſu ꝛ ſenſato tactus eſt caro: ꝛ eſt proprium omnibus inſtrumentis ſenſuum hoc qõ nihil habent in actu ex eis que comprehendũt niſi inſtrumentum tactus qui componitur ex q̃ litatibus: quas comprehendit ꝛ ideo non comprehẽdit niſi res intenſas propter ſuum temperamentum: ꝛ propter hoc quanto magis caro fuerit tpata tãto magiſ ꝯprehẽdit qualitates ſimplices ſcilicet calidum frigidu3 ſiccum bumidum: ideo homo inter omnia animalia melioris eſt tactus ꝛ maxime manus ſcilicet caro palme: ꝛ maxime caro indicis. Lingua vero in eius ſummitate nullum ſapore3 habet in actu: ꝛ ideo quando imbibitur a gbuſda3 humoribus corrumpitur guſtus: ꝛ ſimiliter eſt de inſtrumentis aliorum ſenſuum. Jdem ſentit Albertus in libro de anima. et ſcias q cutis eſt contexta ex neruis multe ſubtilitatis ꝛ venis capillaribus per intra eſt cõtexta quibus epar ꝛ inteſtina ſunt inuoluta: vt ea in nocumentis exterioribus preferant. et propter hoc cutis in brutis eſt multum ſpiſſa ꝛ piloſa q3 non hab3 protectionẽ aliquam: in hominibus autem eſt ſubtilis q3 per veſtem a ventis ꝛ frigoribus ꝛ pluuijs protegunt. Quia vero cutis ex neruis compoſita naturaliter eſt alba ex neruoru3 proprietate eſt in extenſione ꝛ retractione quia alba eſt: ꝛ tranſiens per ea apparet rubor ſanguinis. Cuius color manus aut faciei albus eſt aut rubeus vt ſenſit philemon ꝛ boni tact⁹ deſignant animi fidelitatem conſtantia3 et veritatem: et hoc confirmatur ſi in aliſs membris ſit ꝯmenſuratio. et hec de tactu dicta ſint ſatis.

¶Queſitũ .35. Auguſtini Diſcipu. ad eundẽ Loclite3 Magiſtrũ De diſpoſitione ſpine dorſi. Diſcipulus.

¶Textus.

t Nquit ingeniorum princeps in methaphoricis. Quicũq3 ſpinam magnam ꝛ bene fortem habent fortes animo ſunt: ꝛ referunt ad maſculinum genus. Quicũq3 autem ſpinam ſtrictam ꝛ imbecillem molles ꝛ referunt ad femininũ.

¶Reſponſio magiſtri ad Diſcipulum.

¶Commentum.

g Willelmus nihil ſcripſit in iſta parte ſcias tamen q ſpina idem importat qõ dorſu3 dicimus ſi ſit large ſumptũ. Dorſum eſt illud quod velut cepa ſeu carina poſterius a capite vſq3 ad anũ ſe extendẽs ex multis ꝛ variis ſpõdilibus ſucceſſiue ad tuẽdu3 nuccham ad quã ordinat. Jn dorſo vt ait Galenus. xii. ꝛ. xiij. vtilitatis ꝑticularis ſunt quattuor maxime partes ſcilicet collum ſpatule: lumbi: ꝛ vocantur ab aliquibus ſacrum os ab aliquibus ampliu3 Et ſciſti. q principium oſſium ꝛ neruorum eſt nucca: ꝛ generatur a cerebro. Et ſpina eſt platea publica arteriaru3 ueruoru3 ſpirituum: ꝛ virtutum: ꝛ lectus ſpiritualium membrorum et continet medullam vere humiditatis: vt teſtatur Cõciliator in additiõe Joannis Meſue nihilominus Dorſum eſt a ceruice vſq3 ad

renes. Dictum autem dorsum q̄ sit superficies durior corporis in modum saxi fortis ꝛ ad portandum ꝛ ad perpetiēdum. Terga quia in ea supini iacemus in terra: qđ solus homo potest vt tenet Isidorus vndecimo ethimologiarum capitulo primo de homine ꝛ partibus eius Spina ergo magna idest in longitudine ꝛ latitudine arguit virtutem animalis: ꝛ membra Regalia esse fortia innatam caliditatem esse validam: vt superius diximus: Et precipue quādo spina est musculosa: ꝛ sine mollicie carnis: ꝛ refertur ad masculineitatē. Si spina dorsi est angusta ꝛ molli carne circundata: ille actionis femineę iudicandus est: quia residuum est angustum ꝛ membra regalia depauperantur in calore: ꝛ actiones sue sunt imbecilles ꝛ molles in moribus ꝛ habent animum mortuum ꝛ refertur ad femininum genus: Unde rasys dorsi amplitudo fortitudinem declarat ꝛ arrogantiam: atq; ire vehementiam. Dorsi vero curuitas morum innuit maliciam. Equalitas dorsi bonum est signū. Dixit conciliator. Dorsum latum ꝛ solidum idest musculosum ꝛ ossuosum virilitatis est signum: ꝛ contrarium mulieri generi ascribitur. Et cuius dorsum curuum est si mollis fuerit carne congestum ꝛ si aliqua iuxta illud sint angustiora velut sub cinctū: hic virtute precellit: ꝛ i venatiōis studio summus existet. Dicunt etiam dorsi curuitatem morum notare maliciam. Dorsum amplum inextēsum fortitudinem arrogantiam ꝛ ire fortis denotare vehementiam. Tergi subtilitas hominem discordantis nature significat. Amplius spine pars inferior si latis iaceat natibus ꝛ sit molli carne circundata effeminatum ostendit mulieribus comparatum. Si autem prolixum ꝛ i acutum terminet libidinē temperantiam ꝛ timiditatem significat. Adhuc habentes magnam latam atq; articulatam fortes existunt ꝛ ecōtra. Lata vero tennia angusta ꝛ depressa significāt. Que autem repleta sunt carnibus ꝛ dura indocilitatem testantur hec ille. Dicunt aliqui dorsum pilosum macrum ꝛ valde eleuatum ab equalitate partium significare Hominem inuerecundum malitiosum bestialem mali intellectus debilem parui laboris ꝛ pigrum. Cuius dorsum est magnum ꝛ pingue significat hominem varium pigrum ꝛ multe fallacie. Dorsum subtile ꝛ extensum ꝛ macrum significat hominem debilem ex facili pauidum vanum rixosum ꝛ magne credulitatis. Dorsum habētes a spatulis vsq; ad cingulum ꝛ quando est curtum ꝛ bene latum celeres in coitu sunt vt p̄ sepe notauimus: Dorsum hic assumimus a spatulis vsq; ad cinturam. Unde notandum est. Si dorsum est latum arguit pectus costas ꝛ ipocundria lata ꝛ de necessitate sequitur compositionem nucche ꝛ colli esse validam: cum de centi forma capitis ꝛ membra intrinseca habent eorum receptacula magna: ꝛ neruorum motinorum annexiones sunt a sua proportione: ꝛ econtra contrarium denotatur.

¶ Quesitum xxxvi: Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum. De signis lumborum. Discipulus.

¶ Textus.

i Tem in methaphoricis. Quicū q̄ bene lumbosi sunt amatores ferarum referuntur ad canes ꝛ leōes videbit vtiq; aliqs canes valde venatores Lumbosos esse.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

b Ic physionomizat lumbositatē sunt autem lumbosi illi qui habent latum dorsum ꝛ fortem circa renes. Et dicunt aliqui qđ lumbi vocantur ille partes i quibus patimur dolorem: quando nimis laboramus in coitu. Unde perottus ꝛ lumbos quidam a libidine: hoc est a lubedine dictos existimant: nam veteres lubet ꝛ libet libidinem dixere a lumbis: lumbaga dicta vitium: ꝛ debilitas lumborum: ꝛ elumbis: siue elumbes: vtroq; enim modo dicitur auulsō lūbo: vel qui pre lūbi debilitate se se erigere nō potest Inquit Isidorus libro vndecimo capitulo primo. Renes ait varo dictos q̄ rini ab his obseni humoris nascūtur. Nam vene ꝛ medulle tenuem liquorem desudant in renibus: qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit. Lumbi ob libidinis lasciuiam dicti: quia in viris causa corporee voluptatis in ipsis ē: sicut in vmbelico feminis. Unde ꝛ ad iob in exordio sermonis dictum est. Accinge sicut vir lumbos tuos. vt in his esset resistendi preparatio: in quibus libidinis est vsitata dominandi occasio hec Isidorus. Inquit philosophus i primo d̄ na

tura animalium capitulo decimoquarto Dorſum pene pectus ẽ:cuius partes ſcapule ꝛ ſpina infraq; e regione ventris lumbi habentur. Et in decimotertio. Partem poſteriorẽ lumbi pari ſtrictura precingunt:Unde nomen oſphys inditum eſt:partis vero excretorie quod ſubditum quaſi ſtrangulum eſt nates appellantur. Lumbi alligantur cuꝫ renibus. Retro igitur renes iuxta ſpondiles ſunt. Lumbi ſuper quos ipſi iacent tanq; in eorum culcitra. Inter ambos renes ſupra ſpondiles tranſeunt vena chilis ꝛ adorbi ad membra inferiora a quibus venis ſatis de prope oriuntur vaſa ſpermatica. Ideo in nimio coitu talis locus ledit Per lumbos intelligit ingeniorum princeps a cinctura vſq; ad principium natium. Quando ergo locus ille habet latitudinẽ arguit fortitudinẽ propter exuberantiam muſculorum vt patet in leonibus:ſicut notaui in cuntate florentie in leonibus:ꝛ canes venatores modo tali habentes efficiuntur ꝛ precipue qui dicũtur alani. Dicit qui talem habitudinem habuerint ſunt amatores venationum. Cauſam talis effectus ignoro:Sed credo q talis cognitio habeatur per experientiam ꝛ non per ratioenm: tamen meliori iudicio ſubijcimur.

¶Queſitum trigeſimumſeptimum. Auguſtini Diſcipuli ad eundem Coclitem Magiſtrum De ſignificationibus pectoris Bule ꝛ Mamille. Diſcipulus.

¶Textus.

q Uicũq; autem pectus magnum habent ꝛ articulatum fortes ſunt ſecundum animam referunt ad maſculinum genus.

¶Reſponſio Magiſtri ad Diſcipulũ.

¶Commẽtũ.

p Pectus ſiue torax eſt arcba membrorum ſpiritualiũ. Torax a grecis dicitur anterior pars trunci a collo vſq; ad ſtomachum: quam nos dicimus archam:eo q ibi archanum ſit: ideſt ſecretum quo ceteri arcentur. Unde ꝛ archa ꝛ ara dicta quaſi res ſecrete cuius eminentes pulpe mamille dicuntur. Inter quas pars illa oſſea pectus dicitur dextra autem leuaq; coſte. Et ideo ſunt in eo quedam partes continentes ꝛ quedam contente. Partes continẽtes ſunt quattuor:cutis caro muſculoſa mamille atq; oſſa:Contente ſunt octo. Cor pulmo panniculi ligamenta:nerui:vene:arterie:merit: ſiue byſophagus. Dixit philoſophus ad Alexandrum. Latitudo vero pectoris ꝛ groſſicies humerorum ꝛ tergi ſignificat probitatem ꝛ audaciam cum rectitudine intellectus ꝛ ſapientie. Dixit Conciliator. Cuꝫ inferior pars circa gulam que iugulum appellatur ꝛ humeros ꝛ pectus concluſa ideſt male diſtincta ꝛ oppreſſa extiterit ruditatem ſenſuum ꝛ ſtoliditatem ſignificat:cuiuſq; manus mechanicorum ſtudiis ſunt minime apte. Cum vero iugulum fuerit longe ab humeris ſeparatum latum ſiue ꝛ extenſum animi denotat imbecillitatem. Mediocrem autem boni moris ꝛ fortitudinis ẽ nota. Hec conciliator. Scias q gula eminens:ꝛ ampla feminis eſt propria ꝛ preſertim ſi ſubmenticulata extiterit. Pectus latũ beneq; diſpoſitum:cuius ꝛ ceteꝛe partes ſunt ample optimum ſignum exiſtit. Pectoris enim latitudo hominis eſt propria. Tenue ꝛ inualidum pectus teſtatur animum imbecillez. Quod carnibus multis eſt congeſtum ingratitudinis eſt ſignum. Et quibus pectus eſt curuum vehementer:ꝛ muſculi ſic prodeuntes vt velut concauum relinquatur moris ſignum eſt prauum Et cũ eminens valde calidum eſt coꝛ ipſorum non iugentes intellectu in fletu aut cantu cõtingit aſſiduo. Si vis alius ſcire recurre ad primum librum. Unde Auicenna ſecunda primi capitulo tertio. De ſignis complexionum ait. Quintum vero eſt genus ſignorum ex forma membrorum ſumptorum: quoniam complexionem calidam ſequuntur pectoris amplitudo ꝛ extremitatum magnitudo:ꝛ ipſarum cõplementum:in quantitate eorum abſq; coangustatione:ꝛ ſine curtitate:ꝛ precipue manuum ꝛ pedum:ꝛ venarum amplitudo:ꝛ earum apparitio:ꝛ pulſus magnitudo:ꝛ fortitudo ipſius:ꝛ magnitudo muſculorum:ꝛ propinquitas eorũ ex iuncturis:quoniam operationes augmentatiue:ꝛ compoſitiue forme caliditate complẽtur. Et frigiditatem ſequuntur omnium horuꝫ

contraria: Quoniam propter eam minorantur virtutes naturales: ⁊ non complentur operationes nature ad creationem. Et postea subdit. Ex genere autem operationum fortium: que calorem significant est acuitas vocis eiusque grossitudo ⁊ loquendi velocitas: ⁊ ipsius continuitas: ⁊ ira ⁊ festinatio motuum: ⁊ palpebrarum citatio: Licet sit quum ista adueniunt non propter causam cõmunem: immo propter causam membro operationis propriã: Hec Auicenna. Rasys dixit. Cordis complexio si calida fuerit: pulsus erit frequens. Cui anhelitus similis reperitur. Et super pectus si pili multi sunt ⁊ spissi: quod etiam tactu calidum senitur: huius cordis complexionem habens audax est ⁊ obstinatus: ⁊ multe iracundie. Habitudo preterea corporis in magnitudine ⁊ parui tate sua considerata complexionem demonstrat cordis. Pectus si magnum fuerit cordis caliditatem ⁊ magnitudinem proprie manifestabit. Quod adhuc manifestius erit: si cum hoc caput paruum fuerit: aut etiam non fuerit magnum. Hoc enĩ si ita fuerit: ad alia non oportebit attendere signa. Simili quoq; modo si pectus paruum fuerit ⁊ caput magnum aut mediocre proprie cordis paruitas ⁊ sue complexionis frigiditas demonstrabitur. Quod si pectoris magnitudo: capitis magnitudini: aut pectoris paruitas capitis paruitati proportionabiliter extiterit: ad alia attendere debes signa. Frigida autem cordis complexio paruum facit pulsum cui anhelitus similis inuenitur: pectus quoq; paucos habebit pilos ⁊ subtiles. Et pectus tangentibus frigidum occurret. Qui huius cordis complexionem habuerit timidus ⁊ piger erit. Complexio autem sicca si fuerit pulsus erit durus: ⁊ totum inuenitur musculosum ⁊ fuscum. Pectus quoque paucam habebit carnem sed venas habebit manifestas ⁊ pilosum erit: ⁊ cutem grossam ⁊ duram obtinebit. Humida autem complexio lenem facit pulsum: ⁊ pectus a pilis nudum: carnem quoque pectoris mollem ⁊ suauem: ⁊ talis habitudo effeminata est. Complexio calida ⁊ sicca pulsum reddit durum ⁊ velocem: ⁊ frequentem: ⁊ multos in pectore pilos generat ⁊ fortes ⁊ spissos: ⁊ in femore similiter. Anhelitus quoq; ex ea magnus prouenit ⁊ frequens. Totum preterea corpus tactu calidum sentitur ⁊ musculosum atq; manifestas habens venas. Huius complexionem cordis habens irascibilis erit ⁊ obstinatus. Frigida autem ⁊ humida complexio his contraria operatur: Hec Rasys. Ad propositum redeundo: quando igitur pectus est bene articulatum idest complexionatum ⁊ compositionatum arguit fortitudinem: ⁊ masculinitatem: audaciam: ⁊ alia: que pertinent ad masculum: sicut intendit Philosophus: ⁊ talis habitudo debet esse non multum carnosa nec mollis sicut mollicies femine. Et talem sententiam tetigit Galenus in secundo Aphorismorum commento quadragesimoquarto inquiens: bonum est enim corpora non multum esse crassa neq; multum macilenta: que si taliter perseuerent vsq; ad vltimam senectutem vluent. Si vero in alterum vltimetur in macie melius est q̃z in grassicie.

Crassorum vero corporum vene sunt anguste. Unde neque spiritu habundant neque sanguine. Et idcirco cum earum eras protelatur paruis ⁊ paucis accidentibus superuenientibus extinguntur. Sed macri non sic quia eorum membra principalia sunt discoperta ⁊ paruis ex rebus sunt patientia. Tẽperati inter vtrunque ⁊ dietantes delectabiliter vt crassescant vene eorum ⁊ arterie vigorantur ⁊ permanent large. Unde non cito illorum extinguitur calor. Hec Galenus. Et talis habitudo est laudabilis ⁊ intelligimus in totum corpus. Unde tarreus in prouerbijs inquit Gordij pinguissimum ipsorũ Regem eligunt. Humiliores vero ⁊ abiectiores purant perse malas maiores habentes. Primum ⁊ principalissimum membrorum est cor: quod est vite principium ⁊ ideo natura sagax tanquaz Rex ⁊ dominus in medio pectoris non declinando ad aliquam partem iuxta dictum Galeni sexto de vtilitate est situatum: ⁊ intelligitur centraliter: quia quantum ad inferiorem partem videtur modicum declinare ad sinistram partem propter locum epatis: Digeritur sanguis grossus nutrimentalis veniens ab epate ⁊ efficitur subtilis ⁊ spiritualis: qui delegatur per arterias ad uniuersum corpus principaliter ad

alia membra principalia ad Cerebrum in quo digerendo suscipit aliam naturam ꝛ efficitur animalis ꝛ ad epar: ꝛ efficitur naturalis ꝛ ad testiculos: ꝛ efficitur generatiuus ꝛ ad omnia alia membra viuificanda ꝛ preparanda. Est enim instrumentum omniuꝫ virtutuꝫ corporis ꝛ anime completum vinculum. Cor ergo est causa omninm operationum si principalia membra sunt proportionata insurgit animi bonitas ꝛ malicia secunduꝫ diuersarū partium posituram. Physionomi vero intuitu primo pectus ꝛ postea commensurationeꝫ capitis ꝛ aliorum membrorum debēt aspicere. Si pectus habet latitudinem ꝛ eminentiam ꝛ caput sit magnum cum breuitate colli caliditatē cordis iudicamus dūmodo sit nuditas pilorꝫ: que prouenire potest ex pororū latitudine: q̄ non retinet materiaꝫ pilorum aut meatus strictura: que nequit generare pilos: Et contrarium dicimus de longitudine colli ꝛ amplitudine pectoris cum multitudine pilorum sicut in prebabitis ostensuꝫ est. Cuꝫ gracilitate pectoris ꝛ aliorum membrorum proportione caliditas cordis concedenda est: ꝛ audacia prelia tiua sicut patet in colericis: vt ex dictis nostris colligi potest. Vnde Flauij vegetij auctoritas ait. Adolescens martio operi deputādus: vigilantibus oculis erecta ceruice lato pectore: humeris musculosis. valentibus digitis: longioribus brachijs: ventre modicus: exilioꝛ cruribus suris expeditus non superflua carne distentis sed neruorum duricia collectis: cuꝫ hec in tyrone signa deprehendis proceritatem nō magnopere desideres: vtilius enim est fortes milites esse q̄ꝫ grandes. Ergo oportet proportionibus esse attendendum Itez inspicienda est mamillarium forma. De mamillis existentibus supra pectus dicendum est q̄ componūt ex carne alba glandulosa ꝛ spongosa: ex venis arterijs atq; neruis. Et propter hoc habent colligantiam cum corde epate cerebro atq; cū membris generatiuis. Si alicui uirorū vt pene mulieri mamille dependent ꝛ a molli carne circundate sunt effeminationeꝫ ꝛ intemperantiā designant. Dixit ptolomeus philosophus. Qui in parte sinistra pectoris habet carnem grossā ꝛ elenatam cuꝫ poro aut nigillo cum vno aut cum pluribus pilis significat augumentum bonoris ꝛ diuiciarum. Et hec est experientia babita a pōtio gallico: ꝛ a nobis. Femellaruꝫ autem mamille cum magne fuerint ꝛ abscise inbertes sunt ꝛ olentes: vt dicunt. Si sunt sine vene apparitione ad nutriendum sunt illaudabiles. Arguit materiam flegmaticam ꝛ inordinatam talis positura. Est talis quoq; mulier rudis nature ꝛ bestialis: ꝛ nutritum patitur accidentia saeua. Et medie magnitudinis non molles que sunt venose cum rectitudine omnino bonam nutrituram indicant presertim quā do sunt in subiecto subnigro. Parue quidem ꝛ extenuate siccitate denotant imbecilitatem. Eleuari quidem cum inceperint luxuriam te stantur proxime excitari. Sufficiēter magne ꝛ plene secundū Galenum perfectaꝫ digestionē ostendere concedimus. Discipulus.

¶ Quesitū. xxxviii. Augustini Discip. ad eundem Coclitem Magistrum de significatione spiritus.

¶ Textus.

q Vero abs te quid sit spiritus ꝛ qualiter generetur in corpore.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentū.

q Alia in prebabitis tactum est ad perfectionem anime i suis operationibus necessario opus esse quodam spiritu: qui in transitu continuo existat ꝛ motu. Virtutes autem moderāt vt suas peragant operationes: Ideo videndū est pro meliori euidentia predictoruꝫ ꝛ totius libri: Quid sit spiritus ꝛ quomodo generetur. Vnde loquemur secunduꝫ medicos quid sit spiritus: ꝛ qualiter in corpore generetur. Est igitur quo ad primum spiritus vt sumitur quedam substantia subtilis aerea virtutes corporis excitans ad suas peragēdas actiōes. Vel sicut dicitur in libro de differētia spiritus ꝛ anime. Spiritus est corpus subtile i calore existēs generatum in humano corpore per venas: corpus viuificās: ꝛ per arterias pulsatiles anbelituꝫ vitam atq; pulsū animalibus administrās sensuꝫ ꝛ motū volūtariū mediantibus neruis. ꝛ musculis operatiuis in corporibus animatis. Vnde spiritus secundum medicos sic generatur dum per calorem agentem in san-

guinem fortis in epate fit ebullitio fumus quidam resoluitur: qui ex venis eparis subtiliatus ⁊ depuratus in quãdam subtilem ⁊ spiritualem substantiam in aeream naturam commutatur: Qui spiritus naturalis dicitur: eo q̃ sua potestate naturaliter sanguinem subtiliat ⁊ leuitate sua ipsum ad singula membra impellit ⁊ agitat. Et ideo est proprie virtus naturalis regitiuꝰ vt dicit Cõstantinus. Hic quidem spiritus per venas quasdam ad cor mittitur vbi per collisionem ⁊ motum partiuꝫ cordis ad inuicem magis depuratur ⁊ in naturã subtiliorem conuertitur: ⁊ tunc a philosophis spiritus vitalis nuncupatur eo q̃ a corde per arterias ad totius corporis membra se diffundit ⁊ spiritualium virtutum augumentatiuus eius operationes rectificat ⁊ custodit. Nam quedam arteria a sinistro cordis ventriculo exiens in suo motu mox i duos ramos diuiditur quibus mediantibus spiritus vitales ad omnia inferiora membra viuificanda in corpore deponuntur. Alter vero ramus tendens ad superiora iterum diuiditur in tres partes siue in tres ramos quorum dexter ad dextrum brachium: sinister ad sinistrum se equaliter diffundit: In quibus spiritus se per totũ corpus diffunditur ⁊ pulsum vitalez operatur. Medius vero ramus ad cerebrum se extendit ⁊ superiores partes viuificans ⁊ ad ventriculos cerebri penetrans ibidem plus dirrigitur ⁊ subtiliat ⁊ in essentiam animalis spiritus qui subtilior est ceteris transmutatur. Iste igitur spiritus animalis: qui in anteriori ventriculo cerebri dominatur partim diffunditꝫ per organa sentiendi: ⁊ nihilominus semper remanet in eisdẽ ventriculis: vt sensus cõmunis ⁊ ymaginatiua virtus perficiatur. Deinde transit ad medium vẽtriculum ad perficiendum rationem seu virtutem cogitatiuam: ⁊ sic vltra transit ad cellulam memorialem impressiones in alijs cellulis factas secum vt in thesauro memorie reponãt deferẽs. A posteriori vero parte capitis idest cerebri per medullam spine dorsi: que a physicis dicitur nucha: penetrat ad neruos intimos ad perficiendum motum voluntariuꝫ in partibus corporis inferioribus. Unde igitur ⁊ idez spiritus corporis subtilis aereus propter diuersa officia in diuersis membris diuersis nominibꝰ est vocatus. In epate enim naturalis: In corde vitalis: In cerebro autem dicitur spiritus animalis. Et licet secundum medicos spiritus isto modo generetur: tamen secundum Aristotelem cor est ipsius principalis causa ⁊ origo. Sed quicquid sit: de hoc pro intentione nostra in proposito sufficit q̃ iste spiritus vt dicit Augustinus in De differentia spiritus ⁊ anime: non est credendus esse animam humanaꝫ siue rationalem. Et precipue fides catholica nos impellit ad remouenduꝫ opinionem Alexandri: quia ipse credidit q̃ anima sit virtus q̃dam preparata in ista massa corporea: qua istur gente diuersas operationes exercet secundũ diuersitatẽ organorum in animalibus vt experiẽtia physionomica ostendit: vt tenet Aristotiles ⁊ Galenus in libello de anima vt potest videri esse eiusdem vehiculum ⁊ propriuꝫ instrumentum. Mediante etiaꝫ spiritu tali anima corpori vnitur: ⁊ sine tali spiritus ministerio nulle anime actiones perfecte in corpore exercentur. vnde istis spiritibus lesis vel qualitercũqꝫ impeditis anima in suis actionibus impeditur: vt patet in maniacis ⁊ freneticis ⁊ alijs in quibꝰ non est vsus rationis. Et istis confortatis anima confortatur. Et his debilitatis ipsa quoqꝫ debilitatur: ⁊ deficientibus deficit: quo ad regimen corporis vel in suis actionibus exercendis.

¶ Quesitum. 59. Augustini discipuli ad eundem Loclitem Magistrũ De signis methafrenon. Discipulus.

¶ Textus.

¶ In methaphoricis ait. Quibuscunqꝫ methafrenon erit magnum ⁊ bene carnosum ⁊ articulatum: fortes sunt secundum animam ⁊ referũtur ad masculinum genus. Quicunqꝫ autem ibecille non carnosum ⁊ inarticulatum molles sunt secundum animam: ⁊ referuntur ad femininum genus. Quicunqꝫ autem methafrenon curuum habent valde ⁊ musculi ad pectus cõcurrentes mali moris sunt: ⁊ referuntur ad apparentem conuenientiam. Quia nequeunt anteriora deferentia videri. Qui autem methafrenon eminens habet caumi ⁊ non intelligentes ⁊ referuntur ad equos. Quom autem neqꝫ curuum vehementer: oportet esse neqꝫ concauum sed medium querendum bene nati.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cōmentū.

b Ic physionomizat ingeniorum priceps ex nobilitate partis pectoris que est inter pectus communiter. Dicitur tamē proprie methafrenō pars anterior pectoris vbi frenes ¶ diafragma existit: Et est pellicula diuidens regionem naturalium a regione nutritiuorum que propter similem diuisionem: modo dicta est dyafragma: quasi in duo frangens: ¶ alligatur spine Dorsi ¶ pectoris: i circuitu pectoris circularem figuram habens. Vbi namq; ista pellicula terminatur proprie dicitur methafrenon quasi metha siue terminus frenis siue dyafragmatis: Hec autem sumitur in ista parte pectoris que communiter in viris est pilosa: ¶ presertim vbi terminat pomum granatum seu furcula pectoris. Tamen aliquando accipit methafrenon pro spatulis vt Guido in sua Chyrurgia. Methafrenon idest posteriora Dorsi. Cassius felix Capitulo de tussi: ¶ i psalterio greco vbi nostrum habet posteriora Dorsi: ipsum habet methafrenon: anterius ¶ posterius in directo vbi terminat dyafragma possumus dicere methafrenon secundum subiectam materiam hic physosophus intelligit de anteriori parte. Et physionomizat ex quique dispositionibus istius partis: quarum prime ¶ secunde satis patent. De tertia autez dicit q̄ habentes curuuz methafrenon ita q̄ musculi sibi occurrentes in directo furcule duoz̄ semicirculoz̄ sibi occurētiū foueā ibi i medio p̄fūdāt. Tales eteni vt dicit sūt mali moris: sūt eni isociabiles ¶ inciuiles ¶ idignātis natur: ſz indignationes suas occultant propter quod: vt dicit referuntur ad apparētem conuenientiam quia ad moduz occultatiuuz aliquid se habet. Occultant eniz ¶ abscondunt coz cum suis verbis: aliqui dicunt brachiis: ¶ hoc itendit cum dicit. Quia pereunt alia lra dicit perimūt idest occultant quasi sint perempta ¶ destructa ¶ nō sint anteriora idest partes anteriores deferētia idest non ferentia siue substinentia eas in decisa q̄ videantur. Vidi rusticum habentem methafrenon adeo concauum quod in illa fouea potuisset abscōdi pugillus: ¶ erat mali moris: ¶ precipue milantator ¶ biliguis. Quarta vero dispositio ¶ huic opposita ē ¶ significat caumos idest incensos ¶ per ɔsequens nimis iracundos. Elleuatio enim illius partis fit ex nimio calore cordis. Habentes autem coz nimis calidum sunt nimis iracūdi vt tenet Galenus in libro tegni. Et quia talem dispositionem habentes sunt iracundi nimis: ex hoc infert quod sunt nō intelligētes idest male intelligentes indiscreti: ¶ iprudentes: vt i primo dixi in capitulo de iuerecūdis. Ponit aūt caumos per vehementer accensos. cauma enim idē est quod maguus estus. et dicit q̄ isti referunt ad equos: eo q̄ equi talem dispositionem pectoris habēt ¶ sunt vehemētis furoris: Vnde ad iram prouocati grauissime irascūtur ita q̄ trāsfuriūt: sunt enim animalia satis colerica propter quod est infirmitas equorum appellata rabies cuius signū est q̄ declinant aures ad partes colli: ¶ est icurabilis vt dicitur i libro de p̄prietatibus rerum. Quinta autem dispositio ē media iter istas duas vltimas: ¶ est talis: idest q̄ methafrenon non sit vehemēter curuū ¶ eleuatum ad modum armis tensi: ¶ tunc etiā non nimis concauum est laudabile. et signum ē bene nati idest bene complexionati siue complexionis temperate. Idem dixit Conciliator ¶ hoc notatum est in capitulo trigesimoquarto d̄ significationibus pectoris: ¶ apprime Guliel-mus nurice cōmentator eximius.

¶ Quesitum. xl. Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum De signis costarum. Discip.

¶ Textus.

i Tem in methaphoricis: quicūq; autem bene costati fortes sunt secundum animam: ¶ referunt ad masculinum genus. Quicūq; autem non sunt bñ costati molles secundū animā referunt ad femininuz genus. Quicunq; sunt ex costis circūducti tumidi ¶ sunt sicut inflati loquaces ¶ stultiloqui sunt: ¶ referuntur ad boues vel ranas.

¶ Responsio magistri ad Discipulū.

¶ Cōmentū.

b Ic docet physionomizare ex dispositione costarum ¶ ponit tria signa triplici eorū dispositiōe sumpta: ¶ satis patent cū earū relatiōi b⁹. Prima aūt ¶ ba referūt ad sexus p̄ia ad

masculinum. Secūda ad femininū ⁊ congrue sicut dixi in primo libro: Femelle sunt parue costarum in musculis. Unde Aristoteles i methaphoricis in de proprietatibus animarum ⁊ corporum sexus masculini. Inquit his itaq; sic se habentibus videtur Leo omniū pfectissimū in assumendo maris formā. Leo enim est habens os bene magnum facie anté quadratā non valde osseam: superiorez mandibulaz nō prestantem sed equaliter pendentem deorsum nasum autez magis grossum q̄z subtilez oculos kropos concauos non valde rotūdos: nec valde protensos: Magnitudinem vero moderatam superciliū bene magnum: frontē quadratā ex medio subconcauam ad supercilia autem ⁊ nasum sub fronte sicut nubes supstat vel substat. Superius autem in fronte iuxta nasuz habet pilos inclinatos: Caput moderatū colluz bone longitudinis: grossum: innodatum. Crines flauos non planos: nec valde crispos: que sunt iuxta iūcturas spatularum bene spacioſa magis q̄z coniuncta. Spatulas fortes ⁊ pect⁹ iuuenile: ⁊ methafrenon latū ⁊ bene dorsatum Anche nō carnose. et coxe ⁊ crura fortia ⁊ nerosa. Basem iuuenilem ideſt tota carina dorsi. Et totum corpus bene articulatum ⁊ neruosū: neq; valde humidū. Ambulat anté tarde ideſt non ē velocis incessus: nec tamē piger. Et est incedens magnifice: ⁊ monet se in spatulis q̄n ambulat: Talis est secundum ea que sunt circa corpus. Que autem secūdū animam: datiuū ⁊ liberale: magnanimum amans victorie: māsuetū ⁊ iustuz: amans illos cuz quibus associatur: hec philosophus. Sciēdū est q̄ masculinū genus habet costas magnas propter amplitudinem pectoris ⁊ dorsi latitudinem: quia: vt dixi: de natura calidi est augere ⁊ dilatare membrorum formaz. Almāsor ⁊ Cōciliator dixerunt q̄ quādo sunt cū carnis multitudine: significant stoliditatez: ⁊ forsan. Aristoteles hic p tertiam dispōnez costaz. ſ. per tumiditatē ⁊ inflationez ipsaruz ⁊ huiusmodi dispōnez habētes vult referri ad ranas que sunt circa costas tumide ⁊ inflate: ⁊ quasi continue cantant: ⁊ similiter ad boues: similez dispōnez circa costas habentes: ⁊ qui multuz magiū: ita etiā homines q̄ circa costas quasi inflati sunt stultiloqui: ⁊ multū inutiliter loquaces ⁊ presertim stolidi. Et dixit conciliator in bibulos sepe notare. ⁊ etiaz Aristoteles de proprietatibus animarum in corporibus sexus feminini. Scribit pardali autez foribus eē visis femine forme ⁊ magis: quod non secūdum crura ideſt quasi habet formaz masculinam in aliquibus membris his est cooperta: ⁊ aliquod opus fortitudinis operatur. Est eniz habēs faciez parua: os magnū oculos parvos albos concauos ipsos autem supficiales: frontem longaz iuxta aures magis rotūdaz q̄z planaz colluz longum valde ⁊ subtile: pectus non amplum ⁊ longum: Anchas carnosas: et coxas. Que vero sunt iuxta yllia ⁊ ventrez lenia magis. Color autez varius: ⁊ totum corpus inarticulatum ē ⁊ imensuratuz forma autem corporis talis est: In his vero q̄ secundum animaz. prauuz est ⁊ fictitiū: ⁊ omnino vt est dicere dolosum. Coste igit feminini sexus sunt anguste ⁊ etiam yllia seu byppocōdria propter penuriam ca[illegible]ris. Unde Rasys costarū gracilitaſ ac earumdē subtilitas coitus innuit debilitatez. Michael scotus male dixit ideo eius non inseritur auctoritas.

¶ Quesitū. xli. Augustini Discipu. ad eundē Coclitez Magistrū De signis quantitatis spaci inter collum superius ⁊ vmbilicum inferius ad orificiuz stomaci.

¶ Textus.

Dait philosophus i methapho
e ricis. Quicūq; autem maius habent qđ est ab vmbilico vsq; ad extremū pectoris q̄z quod est ab extremitate pectoris vsq; ad collū voraces ⁊ i sensibiles. Voraces quidem: quia ventrē magnum habent: quo appetunt cibuz. Insensibiles autez quia angustū locū habent repleti sensus forti obturatione: ⁊ replendo sensum. Itaq; sensus infirmos habent propter repletionem ciborū magis q̄z indigentia.

¶ Responsio Magistri ad Discī.

¶ Cōmentum.

Sic physionomizat per quantitatē partiū que sunt inter vmbelicū
b ⁊ collum ⁊ orificium stomachi dicens q̄ habentes quod est ab vmbelico vsq; ad pectus magis q̄z quod est ab ista parte vbi incipit pectus iferius. ſ. vbi ē orificiū stomachi vsq; ad collū sunt voraces homines: ⁊ insensibiles: ⁊ vtriusq; reddit rōez dicēs

ꝙ sunt multuꝫ voraces eo quod habent uẽtrẽ ⁊ stomachum magnum: magnus autez stomacus multum appetit cibum: quod est ratione magne quantitatis: ⁊ non qualitatis: vt puta ratione frigiditatis ⁊ in naturaliter melãcholicis ⁊ in patientibus bolismam seu appetitum caninum: vt dicunt qdam ⁊ male exposuerũt: quia philosophus non loquitur de accidẽtib⁹ nec ꝺ egritudinibus: sed de compositione mẽbrorum. Ad propositum sic habentes stomacos magnos multum cibum appetunt ratione quantitatis ⁊ qualitatis: ⁊ per consequens sũt multuꝫ voraces. Sed qui habet spaciuꝫ quod est ab umbelico vsqꝫ ad pectus mius q̃ꝫ quod est a pectore vsqꝫ ad collum habẽt magnos stomachos vt de se patet ergo ⁊ cetera. Accipit autem ventrem pro stomacho sicut etiam in libro posteriorum vbi exemplificando dicit ꝙ animalia duos vẽtres habẽtia sunt erumiata Tres autem sunt ventres in corpore nostro scilicet superior: qui cõtinet membra naturalia animata: vt caput: Inferior: qui continet mẽbra naturalia. Medius qui continet mẽbra spiritualia: vt dicunt medici. Et Mundinus in sua anohtomia. Et philosophus hic intelligit stomachum vt dictum est. Somacus seu venter est organum digestionis primi chili generatiue. Unde sicut mesarayce sunt preparatorie digestionis epatis: ita ⁊ os stomaci. Ex hoc autem est qꝺ habentes talez dispositionez stomachi sunt voraces infert quod sunt insensibiles. Ex multo enim cibo resoluuntur multi fumi: qui ascendentes caput replent: ⁊ meatus cerebri opilant quibus opilatis corpori subtrahit̃ sensus: eo ꝙ cerebrũ toti corpori sensum attribuit ⁊ largit̃ saltem instrumentaliter. Et secundario: quod dico quia sensus omnes principaliter sunt a corde secũdum opinionẽ Aristotelis: Licet opinio Galeni ⁊ medicoꝝ huic sit cõtraria vt pꝫ ꝑ Auerroym. Secũdo sui colliget: ⁊ de iuuamentis instrumentorum sensus vbi inter multa alia plura que de ista materia ibi ponit vult quod cor mittat calorem mensuratum in quantitate ⁊ qualitate cerebro secũdũ ꝙ cõuenit vnicuiqꝫ sensui ex sensibus cerebri. Sed ista quia non sunt ad propositũ missa faciamus: ⁊ sufficiat ꝙ meatibus cerebri opilatis corpori subtrahitur sensus: ⁊ per consequens hebetatur intellectus. ⁊ qꝛ ista oppilatio fit ex multis fumis a nimio cibo resolutis: vt dictuꝫ est: Igitur sequitur ꝙ voraces sint in sensibiles saltem accidentaliter. Et istud intẽdit Aristoteles quãdo dicit ꝙ voraces sunt insensibiles qꝛ angustum locum habent idest locum in quo vigẽt sensus. s. caput ⁊ cerebruꝫ angustat̃ eo ꝙ repletur forti odoratiõe i accipiẽdo cibũ: idest ex nimio fumo resoluto ex nimio cibo accepto: ⁊ per cibum intelligit res masticabiles ⁊ potabiles. Et ponit odorationem ex fumali euaporatiõe ex re odorabili resoluta: vt habet videri in alijs. habemus in patria nostra Florianũ boazanuꝫ: qui comedit ⁊ ingurgitat vnica comestione quãtuꝫ satisfaceret viginti hominibus: sicuti diuulgatuꝫ est. Habet etiam ferraria particulares ⁊ peculiares huiusmodi dotes. inspexi in conterraneo nostro ⁊ aduerti illã distantiã superhabundãtez per quinqꝫ digitos. Ad propositum patet ꝙ multum voraces sunt insensibiles non per se: quia non est ex defectione ⁊ indigẽtia sensuum i se sed magis per accidens ex ciborum repletiõe a qua prouenit sensuum ligatio. Et hoc intendit cum dicit quod sensus habet interiores idest debiles in sentiẽdo: ⁊ hoc est qꝛ spũs debẽtes circa partes corporis determiatas operari cibi multitudine occupant̃ qꝛ ad ipsos digerẽdos impediunt̃ magis propter repletionem cibariorum q̃ꝫ propter indigẽtiã idest q̃ꝫ ꝓpter defectũ sensuũ i se. Et ista de causa Boecius de disciplina scolarium prohibet eos a nimio cibo ⁊ potu dicẽs. Cibariorum autem mediocris sit facultas ⁊ potus sit tenuis eiusdẽqꝫ parcitas ⁊ reddit rationem iam pretactam. Talis sententie sunt palemon loxius phylemon ⁊ albertus magn⁹ in libro de animalibus: ⁊ conciliator i physionomia ⁊ in cõmento Decima particula problematuꝫ. Sed quando illud spaciuꝫ est equale laudandum est. Arguit enim proportio mẽbrorum ꝯtentorum̃ bonam hominis digestionem. Opposita sentẽtia est philosophi. decima particula problematũ dum inquit. Propter quid hijs qbus ea que sunt ab vmbelico deorsum scilicet ad ventrem q̃ꝫ ea que sunt ad pectus scilicet ad pomuꝫ granatũ breuis vite sunt ⁊ imbecilles. Causa esse dicit̃ qꝛ venter seu stomachus frigidus est propter paruitatez quare non digestiuus sed superfluitatũ generatiu⁹ tales autez morbosi sunt ⁊ breuioris vite ꝓpter

multitudinem egritudinum quas acquirit intensa caliditate: & a vicinis membris & precipue ab intestinis attrahendo a stomacho cibum indigestum. Idem affirmat archiphisonomus commẽto dicto: & in suo de physionomia dum ait. Dicit Aristoteles cum ea que sunt ab vmbelico deorsum vsq; ad fundamenta fuerint his que sunt inde ad pectus maiora hos imbecilles & brevis vite existere.

¶ Quesitum .xlii. Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum De physionomia hypocundriorum.

¶ Textus.

i In hoc loco preceptor venerande de hypocondriis querendum mihi videtur: vt que sint intelligam: & si quid in physionomia significant mihi queso aperi: nihil enim relinquẽdũ ẽ qđ ad hãc sciẽtiã ptinet: vt doctior euadam.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

i Inquit philosophus in primo de animalibus super vmbelicũ hypocundrium est cartilagine quasi subcartilaginũ denominatum. Causa aũt cõmune subcartilagini & yllio colago est. Unde hypocundria & yllia idem sũt vt etiam accipit conciliator & est in illa parte q̃ est super anchas: & vbi superstringit centura. Tamen palemon dixit femora & yllia subiecto non differunt sed ratione nulla apud nos inter yllia & hypocundria reperitur differentia & femora: quoniam tria in vnũ considerantur. Tamen Ysidorus in vndecimo ethymologiarum femora dicta sunt q̃ ea parte a femina sexus viri discrepet. Sunt aũt ab inguinib9 vsq; ad genua femina aũt per deriuationem femorũ partes sunt quibus inequitãdo tergis equorũ adheremus. Unde & preliatores olim sub feminibus equos amisisse dicebantur. Si yllia fuerint dura & descripta ossibus indicãt masculineitatem. Et palemon Albertus atq; conciliator dicũt ferũ & bellatorẽ denotãt. Talia. n. yllia platonẽ habuisse ferunt. Ait sũmus theutonicus & conciliator referri leonibus. Si vero fuerint molli carne circũdata muliebrẽ animũ denotant. Que aũt nimiũ exossata sunt & rugosa & tenuitate circumdata sicut sunt yllia simiarum malignitatem pretendere videnť.

¶ Quesitũ .xliii. Augustini Discip. ad eundẽ Coclitem Magistrum de signis sumptis a vẽtre. Discipulus.

¶ Textus.

i Dez philosophus in methaphoricis: Quibus autem ea que sunt circa ventrem pinguia bene: fortes referuntur ad masculinũ genus. quicunq; non: molles referũtur ad apparentem conuenientiam.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Cõmentũ.

b Sic docet physionomizare ex habitudine ventris: est autem venter vt dicit Ysidorus qui accipiens cibos ipsos dirigit. Et apparet extrinsecus: Dictus est venter a vehendo eo q̃ per ipsum vehatur cibus ad totuz corpus: & ponit duo signa. Primuz est q̃ qui sũt circa ventrem bene pingues idest musculosi: ita q̃ venter non nimis exterius extendatur vt expositũ est in primo libro sunt fortes: & referuntur ad masculinum genus. Et talis dispositio ẽ sibi naturalis: & secundũ cõstantinuz creatio ventris est carnosa calida & humida: et hoc propter digestionis necessitatẽ propter qđ Rasys dicit q̃ ventris magnitudo libidinem declarat. Secũdũ signũ quod sumitur p oppositum ad primũ dicit. quicunq; autez supple habent ventres non bene pingues: molles sunt: & debiles: referunť ad apparentẽ cõueniẽtiaz. Videmus enim cõmuniter q̃ habentes ex aliquo accidente puta ex ieiunio vel infirmitate vel quacũq; alia accidentali causa ventres macilentos sunt indociles & molles. Et q̃z diu in tali passione sunt declinãt ad mores muliebres quia mulier dicitur a mollicie vt testať lactãti9 firmianus in libro de opificio dei. Et in de secretis secretorũ ait philosophus. qui habz ventrem magnũ est indiscretus stolidus superbus amans coitum. Mediocritas vero ventris & strictura pectoris significat altitudinẽ intellectus & boni cõsilii. Magnitudo ventris procedit a magna caliditate reuerberãte in vacuitate vẽtris pcertim ad regionẽ testiculorum: Dictum est q̃ virtus moralis aut intellectiua non collocatur i subiecto nimis calido. Ideo sunt

indiſcreti ꝛ ſtolidi. Videmus tales eſſe bibones comedoneſ qui inertia amplectũtur: ꝛ omnibus luxurie generibus incumbunt ꝛ vt noſtris temporibus ſunt quidam religioſi qui cõtinue ſtudent in comedendo ꝛ ſunt ventroſi doliares: ꝛ colatiu) ventris. Unde plautus in mercatore de ſene libidinoſo inquit. Canũ: varum: ventroſum: buculentum :breuiculum: ſubnigris oculis oblongis malis panſum ali quantulum. Non hominem mihi ſed theſauꝝ memoras mali. Idẽ plaut⁹ ỏ pſendulo. Ruſſus qdã vẽtroſus ſubniger: magno capite acutis oculis ore rabicũdo admodũ magnis pedibus. Quãdo vero phũs dixit. Mediocritaſ ventris ꝛc. Mediocritas ventris cauſaꝰ a caliditate cõditionata de qua oriunꝫ ſpiritus laudabiles. quãdo dicit cõſtrictura pectoris: vult dicere cũ ꝓportiõe ipſius pectoris q: ſi eſſet cũ nimia latitudine iudicaret caliditatem cordis obſtare intellectui. Eiuſdẽ ſententie eſt loxius q: vult ipſe ꝙ talis forma ventris ſit mollis. ꝛ Cõciliator ait. Ventris magnitudo nimietatẽ libidinis declarat. Et qbus ſunt carnoſiora vẽtralia fortes dicunꝫ exiſtere. Et hypocras dicit. Infimis purgatiõib⁹ apparatos. Dicit ẽt vẽtrẽ mollẽ in iuuentute: in pleriſqꝫ in ſenectute coartari: ꝛ ecõtra: qỏ ꝛ ſenectutis idicat gratitatẽ. Ventrẽ qdẽ molliorẽ ac ipaſſibiliorem ait Loxius magnificẽtiã oſtẽdeꝛ. Inquit Ariſtoteles Alexãdro: habẽtes ventrẽ magnũ idiſcreti ſtolidi ſuperbi ſunt ꝛ coitũ appetentes. Mediocritas qdẽ ventris cũ pectoris ſtrictura decẽti: altitudinẽ itellectus ꝛ bonitatẽ cõſiliꝫ teſtaꝰ oſtẽdere. hec cõciliator Dixit phũs i metbaphoricis. Piloſitas aũt q̃ ẽ circa vẽtrẽ loq̃citatẽ ſignificat: ꝛ referꝫ ad genus auiũ. Pro priũ.n.ẽ eoꝝ q̃ ſunt circa corpus piloſitas q̃ ẽ circa vẽtrẽ eoꝝ aũt q̃ ſunt circa intellectũ loq̃citas. Vult dicere ꝙ talis piloſitas ſignificat bominẽ loquacẽ ꝛ garruloſum. Et iſtud ſignum acceptũ eſt ex auibus. Aues.n. garruloſe ſunt. ꝛ in vẽtre p̃ oib⁹ aialibus plus piloſe. i. penno ſe ꝛ plene pennis. vocat aũt pennas pilos qa ꝓportionaliter ſe habẽt pili in greſſibilib⁹ ad pennas in volatilibus: vel vocat pennas: q circa vẽtrẽ ſunt: pilos ꝓpter eoꝝ mollicie ad modũ pilloꝝ reſpectu pennaꝝ i alijs partib⁹ corporũ ipſaꝝ. Subdit aũt. Eoꝝ vero q̃ circa itellectũ loq̃citas. i. garrulitas ſupple ẽ ꝓpriũm vnũ de numero eoruꝫ que ſunt circa intellectũ quaſi dicat garrulitaſ eſt vnũ de illis q̃ proprie cõpetũt auibus quãtũ ad ꝙ anima ꝛ accipit hic intellectũ pro itellectu paſſibili ꝛ corruptibili ſcilicet pro fantaſia ꝛ ymaginatiõe ſiue pro virtute ſeu aĩa ꝛcupiſcibili. ¶Cã aũt garrulitatis auium ẽ q: habẽt ſpirit⁹ leues pp qỏ eſt aues minores plus vociferare ita quod multe earũ ſũt muſice ſicut phylomena ꝛ ſimilia: qỏ fit pp ſãguinis ipſarum ſubtilitatẽ ꝛ ſpiritũ leuitatem cũ ſint nature aeree pp qỏ excitant faciliter ad iocũditatẽ: ꝛ ad diuerſa deſideria: q̃ p garritum ꝛ cãtuũ multiplicitatẽ conant exprimere. Et huius ſignũ eſt qỏ maſculi in genere auiũ plus hoc exercent q̃z femine eo ꝙ ſunt calidiores ꝛ p ꝛ̃s habent ſanguinẽ ſubtiliorem ꝛ ſpiritus leuiores q̃z femelle. ¶Cã aũt piloſitatis auium circa ventrẽ eſt habundãtia caloris vaporatui q: magis exuberat in iſto loco pp digeſtionem q̃ ibi plus uiget. Cuius ſignũ eſt: qỏ caro ventris eſt valde ſaporoſa ꝛ dulcis reſpectu carnis aliarũ partiũ corporis . ꝛ eiſdẽ de cãis boines aliqui in ventre ſunt piloſi. Ex quo vlterius ſequit ꝙ quia habent ſanguinẽ ſubtilẽ ꝛ ſpiritus leues pp facilem motũ ſanguinis ꝛ ſpiritũ diuerſa fantaſiant ꝛ diuerſa fantaſmata ſeu concepta exprimunt p loquelã. Sic ergo pz cauſa aliqualis quare loquacitatẽ ſignificat piloſitas circa ventrẽ . Vidi ego eoſdem eſſe ẽt ſumme luxurie: ꝛ valde cõcupiſcibiles. Et ſimilr quo qz accidit i his qui habẽt breue ſpaciũ inter cor ꝛ cerebrũ ꝛ p̃cipue ſi ſint colerici. Si diligẽter attendes: docileq̃z te ſenſero: nullus labor erit: tibi de hac ſcientia q̃ ſecretiſſima ſunt in lucez a tenebris educere.

¶Queſituꝫ xxxxiiii. Auguſtini Diſcipuli ad eundem Coclitem Magiſtrum. De ſignis pectinis. Diſcipulus.

¶Textus.

q Vlicunqz habet pecten acutũ et oſſeuꝫ ſunt bene fortes. Quicũqz carnoſuꝫ ꝛ pingue habẽt molles Quicũqz aũt modicã carnẽ ſicut deſiccatã mali moris ſunt ꝛ referũt ad ſimias.

Reſponſio Magri ad Diſcipulũ.

Cõmentum

b Hic docet phyſionomizare ỏ diſpoſitionibus pectinis . Eſt autẽ pecten pubes inferior viri vl mu

lieris in qua crescunt pili super mentulā ⁊ ponit phūs tria signa. Primum est ꝙ habentes pecten acutū scilicet i iferiori parte ⁊ etiam superiori latū per modū scuti ⁊ bene ossatū sine nimia carnositate sunt fortes: ⁊ tales referūt ad genus masculinum. Habētes autē pecten opposite dispositionis multū carnosū ⁊ pigue ⁊ bene ossatū molles sūt. Et tales referūtur ad femininū gēus. Habētes autē pectē nimis macrum: ⁊ tāq̄ a sole desiccatū sūt maloꝝ morū: ⁊ referuntur ad symias huiusmodi dispositionis: ⁊ quoad aīaz ⁊ quo ad corp⁹ habētes: vt habetur ab Auicenna libro secundo de animalibus ⁊ sic dicit Aristoteles atque summus theutonicus. Et dixit cōciliator. Et qui osseum habent pecten ⁊ in acutum protensum sunt validi. Aiunt luximagi pectus os si i mulieribus extiterit attenuatum carne ⁊ i acutum protensum nocentem coitum prestare: ⁊ etiam vulue amplitudinez significare. Scias quoq̄ qd̄ femur pilosum cum spissitudine piloruz luxuriam attestatur. Et quando est cuz raritate pilorum: exiguitate eorum arguit contrarium ⁊ significat dominiuz frigiditatis vt coligi potest in de natura piloꝝ: Et Hec d̄ pectine: ne prolixiores i sermōe videamur dicta sufficiāt.

¶ Quesiium .xlv. Augustini Discipuli ad eundem Coclitem Magistrum De natura Virge. Discipulus.

¶ Textus.

m Iror ꝙ Aristoteles capitulū genitalium membroruz in medium non adduxit.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

¶ Commentum.

r Atio est quia physionomiā Aristoteles ⁊ precipue metaphoricā fabricauit tanq̄ radicem ⁊ principium scientie que in paucis verbis omnia ꝯprehēdit: ideo Epithomata d̄ illa cōscripsit. Tamen cōciliator aliqualiter tractauit vt recitabo ⁊ quicquid a nobis additū est illud experientia cōprobatur. Rasys dixit Eunucus maloruz est morū: est enim stultus ⁊ cupidus: ⁊ presūptuosus. Qui autē castratus nō fuit: sed sine testiculis natus est vel paruissimos habens eunucus apparet: vt tactū est de diuisiōe sexus. Cui videlicet barba nūquā nascit d̄terior est. Inquit ptolomeus phūs ⁊ pōtius gallicus Qui habent testiculos impares magni fornicatores existūt. Qui vero habent magnos testiculos prosperosi denotātur. Qui equales testiculos habuerit bonā illi obtiebūt fortunā. Testiculi uehemēter magni cū virga existētes stolidū inertē asininū declarāt. Ego nunq̄ vidi habentē virgam magnam qui habuerit ingeniū nec capacitatē ad virtutes: ⁊ plerunq̄ malo ⁊ misero clauduntur: exitu. Pendentes in longum testiculi visi sunt liberalitatem ⁊ coitus imbecilitatez ostendere. Et similiter qui uirgam valde magnam habent propter spiritus non ad locum debitum potentes descendere: ⁊ ꝓpter eoruz ifrigidationez ⁊ propter longiorem tractum incoibiles efficiuntur. vt narrat philosophus i de animalibus. Dicit philosophus testiculos circa anuz oportet applicari. Et ideo contingit viros minus estate q̄ hyeme coire. Si idecēter sinister testiculorum dextero maior extiterit femelle hic vt plurimuz erit generatiuus cū eius maxime frigida natura extiterit. Aiunt quidam virgaz magnā stolidum ⁊ durum ingenium ostendere. Haz gibbosi ⁊ parui corporis habēt vt plurimū magnitudinem virge. Ideo matrone solēt vt plurimū famulos similis stature accipere. Solent eni fortitudinem ꝯz alioruz membrorū conglutinationem ostendere: Qui habent mentulam cum venis grossis ⁊ apparentibus sunt calide nature: ⁊ sepe illis accidit. vlceratio virge vt notaui ⁊ curaui cum oleo onfacino ⁊ aqua rosacea ⁊ parū cerusa ⁊ aliquātulū canfore i forā linimenti aliter talibus accidūt vlcera putrida. Cuius rei causa est imbibitio materiei que influit propter raritatem ⁊ latitudinem meatus quia verenda sunt complexionis calide ⁊ humide. Et nimia faticatione calefit ⁊ excoriat virga sic complexionata. Inquit conciliator. Et virgam vehementer longam dicit aristoteles generationē impedire: q̄ fortassis iaz factā etiam posset subuertere. Idem etiam fit cum vltra mēsurā tenuis fuerit ⁊ breuiata. Mulie bria si exterius obstricta iterius ardentia fuerit coitus furia nequeūt saciari quod puellis adolesentibus plerunq̄ contingit. Lata exposita libidinosaz ostendūt. Et nimia obsita pinguedine squallore torpentia preter generationis impedimentū mores ostendunt prauos. Cuz

antem interſticiuꝫ quod inter anum ꝛ vuluam verſatur ſtabiliſſimũ fuerit ꝛ exterius poſitum libidinoſas ꝛ inſanas reddit ad coitum. Cauſa aũt quare virga longa vehementer nõ ſit apta generationi aſſignatur: ꝛ ẽ qꝛ ſpiritus gignitiui debilitantur in lõgo itinere. Et mẽſura cõueniens eſt ꝑ ſpaciũ ſeptem pollicũ cũ latitudine dimetiatur: nõ extra nouenariũ pollicẽ adducta vt aſſerunt. Vulua in alterũ latus cõuerſa vel inequaliter iacens loquacem ꝛ libidinoſaꝫ inſinuat mulierẽ. Labia vulue groſſa cũ exuberãtia pilorũ fermentẽ libidinẽ ꝺclarãt. Ariſtoteles in tertio de aialibus inquit. Virga virilis inter oia alia mẽbꝛa creſcit ꝛ diminuitur ſine ſui leſione. Et in quinto ait: Natura ſtatuit ſingulis aialibus tẽpoꝛa ꝛ etates ad coitum ꝓpter qꝫ boini ipſi. n. oibꝰ tẽpoꝛibus oportunus eſt coitus.

¶ Queſtiuꝫ xxxvi. Auguſtini Diſcipuli ad eundem Coclitem Magiſtrum. De ſignis enchaꝛ ꝛ coxaꝛ Diſcipulus.

¶ Textus.

i Tem in methaphoricis quicũqꝫ habẽt coxas oſſeas ꝛ neruoſas referunt ad maſculinũ. genus. q cũqꝫ autẽ hñt oſſeas ꝛ carnoſas molles ſunt ꝛ referunt ad femininũ genus.

Reſponſio Magꝝ ad Diſcipulũ.

¶ Cõmentum

b Ic docet phũs phyſionomizare ꝑ diſpõnes coxaꝛ. Coxe quaſi cõiuncte axes in ipſis .n. femóra mouent: quoꝛ cõcaua vertebra vocant: qꝛ in eis capita femoꝛũ vtunt. ſuffraginesꝛ qꝛ ſubtus frãgunt. i. flectunt nõ ſupꝛa ſicut in brachiis vt ꝛ Iſidorus in. xi. ethymologiarũ. phũs ponit duo ſigna. Primũ eſt q hñtes coxas oſſeas: ita q oſſa groſſa ſunt ꝛ foꝛis eminentia ꝛ neruoſa: ita. ſ. q coxe ſint magne rõne magis oſſiũ ꝛ neruoꝝ qꝫ carnoſitatis nimie ſicut ſupꝛa dictũ eſt in primo libꝛo cap. de ſignis timidi. Tales ſunt fortes ꝛ audaces. Ideꝫ ꝛ Raſys dũ inquit. qñ coxaꝛ oſſa foꝛis pꝛominuerint audaciã ſignificabũt: Intelligit etiam Raſys quãdo coxe ſunt muſculoſe ꝛ arcuate ad partẽ ſilueſtrẽ ſignũ eſt fortitudinis. et ego notaui q velociter ꝛ agiliter currũt: ꝛ etiã ſunt magni itinerãtes. ꝛ Michael ſcotꝰ bene dixit in hoc: qꝺ valde miꝛor: nã i omni ſua phyſionomia valde errauit neſciens qꝺ dicat tãqꝫ male expertus i hac arte: ꝛ multa ausus ſit ſcribere. Coxe bene pulpoſe ſignificãt hoĩnez fortes ꝛ audaces nec minus ſupbũ: vt ꝑ i extraꝛijs gallis ꝛ falconibus. Deinde ponit ſm ſignũ dicens q habentes coxas oſſeas ita tamen q oſſa nõ ſint magna ꝛ carnoſa multũ cũ paruitate neruoꝝ ſunt molles ꝛ referuntur ad feminũ genus vñ dicit Raſys. Coxe cũ exterius multas habent carnes fortitudinis imbecillitatez atqꝫ laxitatez declarãt. Aït conciliator. Enchaꝛ oſſa exterius tenſa fortitudinez ꝛ virilitatez ſinuãt: niſi i eis muliebꝛis carnoſitas ꝓtingat. Ipſaꝝ gracilitas mulieꝝ ſignificat amatorẽ: corꝛipiſqꝫ cũ ꝺbilitate timoꝛẽ imittit. Groſſe coxe ac lacertoſe: plene ac ſolide ꝺnotãt fortitudinem. Exterius quidem coxe ſi ſint carnoſitate multa cõgeſta ibecillitatem denunciãt ꝛ laxitudinez. Coxaꝝ oſſa foꝛis ꝓminentia cũ mõ fortitudinem idicãt. Itez dixit etiã Raſys. enchaꝝ quoqꝫ oſſa cũ exterius tendunt fortitudinis demõſtrãt multitudinez: ꝛ virilitatez: Enchaꝝ gracilitas mulieꝝ ſignificat amatorez: ꝛ corporis debilitatem atqꝫ timorez. et phũs i libꝛo de ſecretis ſecretoꝝ ait latitudo vero tibiarũ: ꝛ taloꝝ ſignificat fortitudinez corporum. et hec de coxis dicta ſufficiant.

¶ Queſitũ. xlvii. Auguſtini diſcipu. ad enndẽ Coclitez magiſtrũ. De ſignificatiõibꝰ genuũ.

¶ Textus

q Ii aũt ſcõm genua ſubtiles: timidi ſunt ꝛ referuntur ſuper apparentem decentiam.

¶ Reſponſio magiſtri ad diſcipu.

¶ Commentum.

b Ic nuncius nature phyſionomizat ex diſpoſitionibus genuũ Et ponit circa hoc vnuꝫ ſignũ dicens q hñtes genua ſubtilia ſunt timidi: ꝛ referuntur vt dicit ad apparentem congruentiã ſiue decentiam: põt aũt dici apparens conuenientia mos apparens ꝯueniẽs ſummo ſtudio: qꝛ conuenit cũ more naturali in cauſis ꝛ i noie. Inpapparens aũt mos ẽ iſte qui accidit ex ꝓpoſito cũ diligentia ꝛ ſtudio: qualez hñt qui ex ꝓpoſito ſtudent ſe facere ornatos gracioſos: vel ẽt ſub oppoſitis diſpoſitionibus: tales. n. mores ſiue apparentia accidentales ſunt: ꝛ iſte que fiũt nõ ex ꝓpoſito poſſũt

reduci in animū: sicut ꝛ naturalis. Et ita pote
runt sua signa demonstrari ex motibus super
apparentibus sicut ex motibus apparenti
bus: ꝛ reductiones fieri in eosdem: sicut est in
proposito: ꝛ superius frequenter dictum fuit.
Dixit philosophus ad Alexandrū. Multitu
do vero carnis in genibꝫ significat debilitatez
virtutis ꝛ molliciem. Ait dicere philosophꝫ
Genua que hñt multitudinez carnis cū molli
cie significāt ꝺbilitatē virtutis corpalis pp ner
vorum imbecillitatem. Et hoc ratione humi
ditatis relaxantis ligamenta iuncturarum ꝛ ex
ꝺsequenti seqt̄ mollicies intellectus. Unde
Rasys de significationibus debilitatis nervo
rum inter alia signa ponit relaxationez iunctu
raruz ꝛ paruitatez ac cordarum subtilitatem:
ꝛ cutis: ꝛ forte eius tenuitas denotat̄. De quo
sequitur iuncturaruz debilitas. Et isti sunt qui
non possunt ferre onera: nec aliquaz rem i qua
occurrat fortitudo. Et tales homines non
possunt continuare magnas ambulatiões. Et
sunt muliebres. Ideo dixit philosophus: mol
les ꝛce. Inquit Albertus auctoritate Aristo
telis: ꝙ genua q̄ inter se conuersa sunt vt quasi
collidātur ad femininā referuntur: proprietatē
nisi hoc accidat ratiõe exercicij: vt est in pistori
bus ꝛ illis q portāt onera i qbus tale signuz
non est naturale sz p accidens: iõ ineficax. Et
Conciliator ait genua laxa quasi a reliquo cor
poris seperata ibecilles motus ostendūt. In
spexi ꝛ vidi tales ferre pedes cū suis punctis
siue sūmitatibus uersus partem siluestrez. i. ex
teriorē. Et genua eorū tēdunt̄ ad domesticas
partes. i. exteriores. Et isti omnio sunt effemi
nati ꝛ plerunqz cynedi: vt in multis expertus
sum ꝛ inueni ita esse. Et tales etiam penitus
sunt prane nature: vt i femina attribuire possu
mus: Ait in primo De diuisione sexus dixi
mus ꝛ superius tactū est in de natura pardali.
Et sic puto tibi de gēib⁹ satis factū esse. Siqd
aliud i mentē venit: ne ꝺsistas a q̄stis tuis. vt
me docēte hanc vtilissimā artē pfecte pcipias.

¶ Questitum. xlviii. Augustini Discipuli ad
eundez Coclitē magz. De significatiõib⁹ cru
rium.

¶ Textus

i Inquit phūs in metaphoricis:
Quicūqz crura articulata: ꝛ ner
uosa ꝛ fortia: fortes sunt ꝺm aiaz
ꝛ referūtur ad masculinū genus
Quicunqz crura subtilia ꝛ nervosa hñt luxurio
si referūtur ad anes. Quicunqz crura supflua
hñt ꝛ sicut paz corrupta: odibiles ꝛ inuerecū
di ꝛ referūtur ad apparentē decentiam.

¶ Responsio Magistri ad Discipulum.

Cōmentum.

b Ic physionomizat per crura et
pōit tria signa ex triplici dispōne
cruriū supta. Primū ē: qō si fue
rint nervosa ꝛ articulata fortia ꝛ
magna non rōne carnositatis: sed magis rōne
magnitudinis ossium ꝛ nervoz fortes signifi
cant secūdū aiam ꝛ referuntur ad masculinum
genus. Deinde scō cū dicit. Quicunqz crura
Dat scōum signū: Et dicit ꝙ crura subtilia ꝛ
nervosa significant luxuriosū: ꝛ leue ꝛ instabi
lem in motibus ꝛ istud signum sumitur ab ani
bus crura huiusmodi bēntibus. que qz sunt se
cundū aiam leues ꝛ instabiles paz hēnt ō ter
restri gravitate: ꝛ multū de aerea leuitate. Itē
hēnt sibi insitam a natura seminalē rōnez: Cu
ius virtute mouent̄ naturaliter ad sui generis
multiplicationē ꝛ sue speciei p actū generatōis
ad ꝺseruationē. vt dicit Aristoteles de aialib⁹
libro. vi. Aliam causam dixi in. i. lib. ꝛ dicetur
p conciliatorē. Sciendū est ꝙ quādo crura fue
rint subtilia sine nervositate: tūc significant ho
minē timidū: vt dixi in primo lib. de signis for
tis ꝛ timidi: Deinde cū dicit. Quicunqz crura
ꝛcet. Ponit tertiū signū dicens ꝙ crura super
flua ideſt nimis magna rōe nimie carnositatis
ꝛ quasi paz abrupta ideſt indistincta hoc ē cū
equalitate ita ꝙ apud cauillas sūt crosse ꝛ car
nose vt bēnt foemine sunt debiles: ꝛ inuerecun
di: vt patuit supra ō signis insensibilis: quādo
ista carnositas ꝛ grossicies fuerit circa cauillas
significat insensibilem et boiem grossum natu
ra: vt dicit Rasys idem addit et Aristoteles
qō bēntes huiusmodi crura referuntur ad ap
parentem decentiā: qō intelligendū est per cō
trariū: apparens. n. decentia est bēre oppositaz
dispōnem in carnibus: scilz qō sit moderata et
non diruta ideſt inordinata. Et phūs scripsit
ad Alexandrum: Subtilitas vero tibiarum si
gnificat ignorantem: ꝛ eaz grossicies significat
audaciam ꝛ fortitudinem: pz ꝙ logtur de gros
sicie ossuosa nervosa ꝛ musculosa. Scias tamē
ꝙ greca translatio vocat crus illud qō arabica
lingua vocat coxam: ꝛ tibiā qō vocatur crus.

q Uando media naturalis cum cardiaca est nimis distans diuisa inequalis ⁊ obliqua ẽt fuerit calliditatẽ in homine significat: ⁊ eũ q nimium sibi placuerit. Liuorẽ quoq; denotat crudelitatẽ immanitatẽ: sermocinatorem: detractorem ⁊ stultum. Denotat quoq; luxuriam prodigalitatem: mendacium: instabilitatem: ambitionem malignitatem: infidelitatem: ⁊ hominem sine religione. Et in seruo qui sit in captiuitate difficilẽ recuperatiõez. Jn principe calamitatẽ ⁊ miseriã cũ misero ⁊ detestabili fine: ⁊ raro ẽ q̃ a nulla proportione subijsciat talis positura. Caueatis vos principes a seruis q habẽt talia lineamẽta. Nisi velitis eis vti ad aliquam tirannidem aut carnificinam ⁊ crudelitatem. Nam isti tales ad hoc sunt optimi ministri. Jn milite vero supradicta positura nõ est mala: tamen non sunt fortunati: ⁊ si aliqualem habent fortunam eam lubricam esse testor. ⁊ raro euenit quod isti tales habeant bonum exitum.

¶ Capl'z.cccv. De nũero ⁊ nobilitate fratrũ.

q Uãdo in digito pollicis reperiũt q̃dã linee rubee notabiles integre que sciũdant fortiter primã iunctura pollicis ⁊ vadant versus ipsum digitum denotant secundum numerum nobilitatem fratrum aut sororum ⁊ si sint fracte aut delete mortuos fratres videntur denotare.

¶ Capitulum.cccvj. De bis qui sunt proni ad bellum seu ad artem militarem.

ſ Jn qua dã linea sit notabilis ad pedez digiti medij talis habẽs hãc positurazꝫ erit sufficiẽs in agibilib⁹ ⁊ maxime ad bella promptus: tamẽ erit dure cernicis.

Lineas martiales si qs habuerit veluti ãtea declarauimus in capitulo de natura martis ꝓ nos facit homines ad militarem disciplinam. ⁊ cũ hoc tamen si angulus supremus sit valde separatus non euadet infortunium aliquod seu carceres ⁊ forsasse non poterit effugere miserabilem mortem.

Linee principales rubee crasse magis q̃ tenues ⁊ ꝯtinue ad militiam ⁊ ad belluꝫ pronitatem ⁊ inclinationē inducit. Et hoc maxime si linea mēsalis cū trinaria sui ꝓportiōe ad idicis mōtē deuenerit ⁊ i fine sit rubra vel liuida.

Triangulus nō cuꝫ tenuibus lineis si reperiatur cum rubore animum inclinatum ⁊ procliuem facit ad bella ⁊ ad militiam militarem Si linee erunt bone ⁊ que ad augumentuꝫ fortune pertinent: ad dignitates talis habens deueniet vt āte notaui in capitulo de illis qui ad dignitates deueniunt. sed notandum est ꝙ imperatores exercituum nō debēt accipere in suis militaribus negocijs viros effeminatos ⁊ comatos: qui femineos habent incessus. Ut āte dixi in pluribus locis. Immo eligere debēt illos: qui non diligunt delicias: nec delectant̄ ornatis indumētis: nā vt dicit poeta naso fine coli modico forma virilis amat. sed eos querere debēt q habēt pellē rubiginosaꝫ ob adustioneꝫ solis causatā: ⁊ eos q optia fama i suis facultatibus exultāt. Et sint ex ꝯplexiōe colerica ⁊ q habēt exuberātiam caloris innati ac spirituuꝫ. Ne sint molles ⁊ pingues. Sed si bene habēt sanguinem ad flegmaticam tñ naturam declināt: vt sunt multi qui habēt abūdātiaꝫ spirituū circa primos motus: sed complexio eorum est ita humida: que in accensione maxima spiritus eorum habēt vim magnam: sed deficiunt ⁊ nō reiteratur copia eorum. Ita ꝙ in principio sūt magis q̃ viri: ⁊ postea plusq̃ femine. Oportet igitur te accipere illos q sunt colerici ex habitudine tendente ad sanguinem qꝛ sanguis eoruꝫ est spirituosus: ⁊ ob hoc magis resistunt: Quoniam magna copia in eis semper habundat. Talem virum exempli gratia tibi describam. Uolo quod sit mediocris statuere: que magis tendat ad paruitatem q̃ ad magnitudinē. Caput eius sit corpori vniforme: collum grossum ⁊ viuidū capilli mediocres: magis rari q̃ spissi: crispi ⁊ non plani: Frons bone positure: vigilantibusq̃ oculis: magnis iterius positis: q̃ si sint extra situati: potius parui q̃ magni: coloris celestis seu kropi: Facies sit potius longa q̃ rotūda: ⁊ magis ossosa q̃ carnea. Gene sint non tumefacte sed mediocris magnitudinis. Auriculas habeāt potius paruas q̃ magnas: Nasum colericum: seu aquilinum. Nares potius amplas q̃ strictas: os potius magnum q̃ paruū. Dentes magnos ⁊ spissos. Labia leonina: ita ꝙ supius labiū aliquātulū sit grossum ⁊ iferius aliqualr̄ magnuꝫ ⁊ nō lassuꝫ. Mentū magis longum ⁊ acutuꝫ q̃ rotūdū. Submētum nō palliolatum. Tota vero eius habitudo sit potius ossosa q̃ carnea. Spatule formose: pectus latum cum residuo corporis proportionato. Coxe lacertose cum bona soliditate exterius aliqualiter arcuate. Crura rotunda fusulata descripta musculis. Pedes habeant non paruos: calcaneum formosum. In incessu sit erectus ⁊ commensuratus. Si sit tonsus non displiceat tibi. Et talis habitudo declinat magis ad bonum q̃ ad malum: ⁊ talis in rebus suis cuꝫ aiositate bene procedit. Et si vis ꝙ sit animosus ⁊ furiosus: Elligas eum qui habeat membra sic proportionata scilicet. Caput sit acutum seu rotundum: nasus simus concauus methaphrenon eminens: adeo ꝙ sit valde parua distantia inter cor ⁊ cerebrum: collum sit curtum: Oculi flammei: ⁊ maculosi. Magna distantia a loco stomachi ad vmbilicum: Et si est pinguis sit solida illa pinguedo ⁊ non lassa. Uox sonora ⁊ alta verba cum celeritate prolata: Gressus celeres ⁊ cum spissitudine passuum. Corpus pilosissimum: Et sit Barbutus. Brachia longa ⁊ venosa: manus potius magne q̃ parue. Si est gracilis nō sit nimis: Et membra eius non sint disproportionata: Et non sit longus: Quia rari sunt animosi: Et non habeant crura vt grues: nec pauoninos passus. Penitus fuge membra effeminata: ⁊ eorum apparentiam ac mores eorum. Meliores ⁊ efficaciores sunt illi qui non pectunt comas suas quam illi qui semper in quocumq̃ angulo habent pecten in manibus. O vos q militiam exercetis Rogo ac deprecor ꝙ fugiatis duces armorum: qui habent figuram effeminatam: quia semper eritis in periculo perdendi ⁊ nūq̃ penes vos erit victoria: nec sub eorum vexillo. Experientia nimium atq̃ nimium docuit preteritis temporibus quod Galli stolidi ceperunt quasi totam Italiam sine aliquo armorum impulsu: sub sanctitate malefica Alexandri sexti: Duce spurio quodam maximo. Et hoc solummodo euenit: propter maximam cateruam principū pusillanimorum ac effeminatorum q solū auaricie gule ac cupiditatibus i seruiuerūt.

¶ Capitulū.cccvij. De his qui sunt proni ad submersiões aquarū: aut pp res liqdas.

Stis diebus qdam famulus euacuabat stercoreaz latrinam: casu accidit qđ famulus vna cū dño ceciderunt i stercus. Domin⁹ auxilio multoz euasit icolumis: famulus aūt i stercoreo liquore submersus est. Alij passi sunt submersionem in vase magno i quo erat pix naualis liqda in maxima quantitate. Aliq i amplis agris ob grandinē z ventū suffocati sunt. Alij ex fumo carbonū non exalāte in locis clausis sunt suffocati. Alij dum faciebant nouos puteos a vapore putrido z venenoso in ipsis submersi sunt: Et istud accidit Bononie in hospitali quod nuncupat dala vita. Alius: vt notaui: tpe meo dū esset in carcere voluit cōburere paleas: vt vna cū ipsis cōburet pediculos q i magna multitudine erāt i eis z fumus suffocauit ipsuz. Refert plinius q q dā acino vue passe strāgulat⁹ ē: z alius parvula piscis spina. Alij⁹ dū lac sorberet pilo parvulo i ipō existēte se ipz suffocauit: vt i romana habet hist oria. Alius dū biberet vinū: q̄daz vini ps iuit ad pulmonē z suffocat⁹ ē. De hoc chyromātic⁹ nō pōt aliquā pbere distinctiōez. Dicas ergo q vt plurimū: i aqs suffocabūt: z aliquotiēs ex catarro aut sgnātia aut simulib⁹ morient. Dicamus igit de bis q propter aquas extremum claudunt diem.

Si i mōte man⁹ multiplicabūt i aliquo multe linee vt stella plena radijs talis hās i aqs peribit precipue si in ambab⁹ manibus talis positura extiterit.

Si linea iterior i vltima iunctura pollicis sit arcualis z non coniungat cum dorsi linea dicūt submersionem in aquis minari.

Si reperiat forma spherica super dorsuz pollicis iuxta supremam iuncturam in aquis talis habens submergetur.

Si vna linea transuersauerit angulum supremū in fine: z se extenderit ad ascensuz in aquis habens illam morietur. Et hoc maxime intelligitur quando maior pars dicte linee iuerit super angulum supremum.

Uncus sub sole vel tortuosa linea hominem in aquis submergi dicunt declarare.

Si duo anguli acuti extiterint i quadrāgulo z trāsuersal⁹ secauerit lineaz vel directi tetigerit habētem i aquis perire existimāt si sint i suprema parte quadranguli.

Si i indicis tuberculo fuerit linee intricate tot pericula i aqs pro linearum numero indicabūt.

Si vero articulum tetigerint mortem etiam i aquis minari referunt.

Si in medico monte fuerit caruncula carnis i fortunia in aquis minatur.

Dicūt recētiores: z ego cū illis affirmo qđ si i vltima positura digitorū. s. iterius i vltimis articulis fuerit linee valde oblique p latitudinez digitoruz vt sic ⟨illegible⟩ submersiōem in aqs denotare dicūt secūdum diuersas etates. si erūt i auricular: i pueritia. si in medio i media etate. Si in indice in senectute. si vero in pollice inueniāt in decrepitis ānis. Aliq dicūt qđ idez im portāt si bñ sunt inter primā z secūdam iunctura. Gradus aūt etatis scias esse sex. Infantia pueritia: adolescēcia: iuuēt⁹: grauitas atqz senect⁹ Pria etas. i. ifātia porrigit vsqz ad septimū ānū. Secūda vo etas q̄ ē puericia vsqz ad decimū quartū ānū. Tertia etas adolescētia ad gignēdū porrigit vsqz ad viginti. 8. ānos. Quarta iuuētus q̄ oium etatuz ē firmissima claudit ano quinquagesimo. Quinta etas q̄ ē senect⁹ vel dr grauitas q̄ ē declinatio a iuuētute in senectutē q̄ tñ nō dū ē penitus senectus sed adhuc iuuētus: Et senior apud grecos presbiter vocat: hec etas a q̄quagesimo ano incipiēs i septuagesimū terminat. Sexta etas ē senect⁹: q̄ nullo ano rū tpe finit: sz post illas q̄nqz etates quātūcūqz vite ē senectuti deputat. Seniū aūt pars ē vltima senectutis: Dicta q̄ sit termin⁹ sexte etatis. Hec sī q̄ narrat isidorus i ethimologijs suis.

Tamē i hoc casu chyromāticus accipit infantiam z pueritiam pro prima etate.

Aliq dīt qđ si i pulpa digitoz appuerit vna linea obliqua qđ submersiōez significat i aqua si ꝓfunda fuerit i ꝓfūda aqua. si multū rubea i mari. Et si fuerit equalis z rubea trāsibit mare sine submersiōe. Si fuerit i articulari in puericia. Si i medico in iuuentute. si vero i medio in media etate. Si in indice in senectute: Si in pollice in decrepita Etate veluti antea declaratum fuit.

¶ Capitulum. cccviij. De nobilitate z ignobilitate affinium.

Si infra primam z vltimam iuncturaz pollicis reperiant quedā linee parētelam seu affinitatem magnam z mul-

tam:aut paruam ꝛ paucam ſecundum multitudinem ꝛ magnitudinem ſeu paucitatē aut paruitatem linearum:hoc tamen ego nunq̄ obſeruaui neq̄ cogitaui vſq̄ ad hunc diem.

¶ Capitulum.cccviij. De his qui recipiūt ingratitudinē p̄o bñficijs factis ſeu fiendis.

p Lures linee icomplete in medici mōte ꝛ ſi articulū tetigerint:ꝛ ex tranſuerſo linea ſecauerit antedictaſ nunq̄ p̄o beneficijs ei reddentur grates aut merita:quāuis obſequētiſſimus fuerit:vt aiunt aliq.

¶ Capitulum.cccx. De magnitudine ꝛ amplitudine vulue.

m Enſalis montem indicis ſcindēs magnam nature hoc eſt vulue capacitatez in muliere dicunt p̄otendere.

Longa ꝛ lata palma manus amplitudinez ꝛ longitudinem vulue demonſtrat.

¶ Capitulum.cccxj. De his qui peregrinantur honoris cauſa ſeu eſt legatus regis conſtitutus vel ad aliquod officium ordinatus.

c Rux ſi fuerit ſub tuberculo minimi ꝛ p̄ope menſalem peregrinationes legationes aut officia honoris cā deſignat.

Aliqui dicūt quod ſi ſtella i illo loco fuerit cū bona cōditiōe ad honorem:aut ad officium extra patriam habentem iturum inſinuat.

Si linee icipiūt a raſcetta ꝛ obliquātur ꝛ verſus idicis tuberculum radicem p̄orexerint honorifica ſignificātur itinera:Et peregrinatiōis amatorem demonſtrāt:cui magiſtratus honorifici ꝛ lucroſi dabūtur. ſi huiuſmodi i locis manere voluerit vt dicūt recētiores qdā:ꝛ ét cōz⁹ noſter. Ego autem hoc nūq̄ vidi neq̄ notaui.

¶ Capitulum.cccxij. De mendacio vaniloquio ꝛ inſipientia.

c Jngulum veneris quicūq̄ habuerit i manibus ſuis vaniloquus inſipiens i ſaciabiliſ hō erit vt dicūt chyromātici.

Si quis vt dixi ſuperius habuerit digitos canos indiſpoſitos:ꝛ ad inuicem ſe nō bene cōtingentes talis eſt mēdoſus i locutiōe leuis ꝛ cuz factis minime ꝯcordās:vt pluries notaui.

¶ Capitulum.cccxiij. De clericis qui habēt plures ordines eccleſiaſticos.

ſ Jlinea vite habuerit i medio verſus caueam manus rubedinem cum diuerſis iterſectiōibus ꝛ etiam ordies i viro eccleſiaſtico oñdere vr:vt vgoni placuit.

¶ Capitulum.cccxiij. De ſignis illorum qui ſunt capti ab obſeſſoribus viarum.

l Jcet ſigna:que denotāt carceres abſolute reſoluantur aliquando ab iſtis qui ſunt capti ab obſeſſoribus viarum:Et aliquando p̄opter alias res: Tamen dicunt aliqui:quod quot linee fuerint incidentes ſeu iterſecantes lineam menſalem ſub medio digito ſaturni tot vicibus a ſiccarijs ꝛ obſeſſoribus viarū talis habēs impetum patietur.

¶ Capitulum.cccxv. De his hominibus qui nō ſunt grati nec reuerendi.

q Uando linea media naturalis habuerit parulas foſſulas in medio ꝛ plures in ambabus manibus ꝛ ſint inequales ꝛ rubee:ita q̄ vna ſit profūdior altera: talis nō é gratus homo nec reuerēdus.

¶ Capitulum.cccxvj. De fuga ꝛ perſecutiōe ex quo aliquando exilium p̄ocedet carceres ꝛ accuſatiōes ꝛ cōfiſcatio bonorum.

l Jnea ſaturnina ideſt via diaboli quādo oritur a raſcetta per medium cauee ad ſaturni tuberculum deuenerit p̄eſertim ad primam iuncturam:quādo alique linee ipſam interſecauerint ſignificat euentuz bonum ꝛ p̄oſperum deſtruere:ꝛ omnium malorum eſt mater:anxietates inducit ꝛ fugas ꝛ p̄ſecutiones carceres accuſationes ꝛ deniq̄ id omne quod miſerā reddit vitam:vt patres p̄iſci caldei atq̄ greci arabes atq̄ latini omnes aiunt. Et ego cum illis:quemadmodum immenſam multitudinē vidi ꝛ de hoc iudicaui.

¶ Capitulum.cccxvij. de perfidia ꝛ maledicentia hominibus p̄oditoribus ꝛ malignis qui p̄opter ſuos malos mores patiuntur fugam ꝛ carceres.

l Jnea ſaturnina oriens a raſcetta:ꝛ habens in ſui fine crucē vel furculā:ſi fuerit ꝓpe radicē ſaturni carceres accuſatiōez pſecutiōez ꝛ fugā minaꝛ. Tales.n.ſūt p̄ditores ac maledici ꝛ vniuerſaliꝛ malorū morū ꝛ referunt metbap̄orice ad ſymias ꝛ cyrcop̄itecos qō animal pōt dici ſymia caudata: ꝛ credo eſſe illud qō vulgo dr gatto maimon.

¶ Capitulum.cccxviij. De ſignis illius qui eſt amator virtutum.

ſ Cribit Ulgo quod vnguis habēs albedinez in p̄incipio hoc eſt penes carnez cuz g amator eſt virtutis denotat.

Dicunt nonnulli quod si in fine linee cerebri paruulus triangulus exiterit facit studij appetitorem ⁊ eum: qui diliget vtilitatez laudabilē: ⁊ virtutem ⁊ bonorem sed nō cuz metu.

Quādo saturnina linea bz inicium suuz a rascetta ⁊ ad mediā deuenerit adeo q offendere appareat boiem probū arguit ⁊ suas res i dies feliciuſ agētē: ⁊ ad morte vsqz amatorē virtutis ⁊ igenio magno dummō sit recta ⁊ cōtinua.

¶ Capitulum.cccxix. De ioculatoribus.

On ptermittēdi sunt i opere nro ioculatores q multū ꝓferūt melācholicis: ⁊ illis q sunt lete nature gaudiū augēt ⁊ letīciaz: ⁊ sibi ipsis nō nocēt cū aliqd lucrāt. n

Danus igitur curte ⁊ gibbose ⁊ tenues ioculatores declarant.

¶ Capitulum.cccxx. De temperātia.

Jcūt chyromātici qō qñ linea vite fuerit diuisa p vnā vl plures lineas ad modū crucis i extremitate eius versus rascettaz manus temperantiam significat. d

Linea gñatiōis equalis ꝺtinua ⁊ ꝑfūda satis vniformis sine diuisiōe satis lōga bene colorata nec pallida nec valde rubea: talis sic existēs q tēperatus sit significat. Et si ꝺfirmat a bōa significatiōe aliarum linearū pncipaliū de se significat bonā nām ⁊ naturalē sanitatem totiꝰ ⁊ virtutē ⁊ tēperātiā ex pte illiꝰ psone. Sed cā societatis pōt esse icōtinēs: vt refert auctor qdā incognitus cuius nomen ignoro.

¶ Capitulum.cccxxj. De constantia.

Jnea vite bñ ꝓportiōata ⁊ lōga ⁊ bñ colorata ꝺstātiam dicūt significare. l

Linea mēsalis trinariam proportiōez tenens ⁊ bñ colorata ⁊ satis lōga bonā quoqz constantiam dicunt significare.

Triāgulus eglaterus bene ꝺditionatus bonam ꝺstantiam significat: que laudabiliter ab oibus recte iudicātibus laudat. Quom ō eniz vir ꝑbus esse pōt q i suis reb⁹ icōstās iudicet.

¶ Capitulum.cccxxij. De iusticia.

Jnea mensalis cū trina ⁊ optima dimensione bene colorata ac conditionata iusticiam significat. l

Linea cordis cum trina sui proportiōe ⁊ lōga vsqz ad rascettam ⁊ bene colorata significat talem hominem esse iustum ac veracem.

Si i quadrangulo reperiat signuz simile cuidam stelle bene coloratū boiem iustū denotat.

Triangulus eglaterus bene colorat⁹ ⁊ bñ ꝺditionatus hominem iustum indicat.

Quadrangulus eminēs ⁊ clarus equalis nō intersecatus ac cum debita distantia hominem significat iustum ac liberalem.

¶ Capitulum.cccxxiij. De dignitatibus ⁊ fortuna extra patriam.

Jnee vt stella in quadrāgulo i directo minimi mōte honores ⁊ dignitates extra patriaz arguunt magis qz i patria. l

Hec figura vt hic ꝙ iter primam ⁊ secundaz iuncturam digiti medij nec alicubi incipiens nec finiens signum est subiti honoris extra patriam vt dicunt.

¶ Capitulum.cccxxiiij. De lubricitate nō seruando res promissas.

Lures linee transuersales nō eque distantes ⁊ nō bene apparentes in principio medie naturalis versus indicem quasi ad extra ⁊ ab aliis in longum positis intersecte lubricitatem promissoruz i nō seruādo res promissas dicūtur ostendere. p

¶ Capitulum.cccxxv. Contra plinium.

Orte ꝑlinius ex fundamentis philosophi credit philosophos irridere ac cōturbare se ipsum exultās. Nam cutis subtilitas cum tactus nobilitate: actum scīē di arguit: arguitqz sensus acumen. Contra hoc insurgit ꝑlinius: qui magis plenus est alienorum qz suorum verborum: ꝑhilosophi auctoritate ex libro nono de natura animalium capite.36. Ubi mētiōez facit ō igenio ⁊ sagacitate elephantis. Hec.n. sunt verba philosophi. Elephas oiuz ferarū mitissimꝰ: ⁊ placidissimꝰ ē: qppe q p multa officia: ⁊ erudiat ⁊ itelligat: Quoniam etiam regem adorare condiscit: valet sensu: ⁊ reliqua igenij) sagacitate excellit ⁊c. Et tamen elepbas babet pellē seu cutim crassam ac duram. Et sic etiam habēt serpentes: q sagacissimi sūt vt crocodill⁹ ⁊ huiusmodi spēs aliū: Et ob boc ꝙ talia aialia sunt sagacitatē habētia: ⁊ habēt cutiz durā aut squamosaz vult iferre ꝑlinius: (q merito cādela male lucēs appellādus est) i dictis philosophi ꝛadictiōem esse. Uerū ne quadā iani gloria plinisste ac humaniste depascat: istis vbis solutiōez dabim⁹:

Diuisiōez talē ꝑmittēdo: qō aialiū alia habēt durā cuti: alia nō: ex habētib⁹ durā cuti aut tegmēta dura: alia sunt squamosa: alia nō.

Ex habentibus squamositatem alia sunt disciplinabilia alia non: ex habentibus durã alia sic alia nõ sunt disciplinabilia. i. disciplinã suscipientia: Ad propositũ igit̃ stante diuisione dicimus. Aristotelem intelligere: ꝙ inter animalia habentia duram cutim elephas cetera ingenij sagacitate excellit. Inter vero animalia squamosa crocodillus: naꝫ huiusmodi tegmenta dura vel squamosa ipsis data sunt vt a nocumentis exterioribus defendantur. ⁊ magis ipsis q̃ꝫ homini. Nam plurimorũ philosophorũ auctoritate: ⁊ maxime philemonis: ⁊ Ugonis in sua Chyromãtia. Cutis est ex neruis multis ac venis contexta capillaribus: in quibus epar ⁊ intestina inuoluta sunt: vt ea a nocumentis exterioribus defendantur. Et propter hoc in brutis spissa est multum ⁊ pilosa vel squamosa ⁊ aspera: qꝛ nõ habẽt aliud pro tectura qua defẽdantur. In hominibus enim est subtilis ⁊ sensibilis: ⁊ ob hoc vestibus indiget: vt a ventis caumatibus: ⁊ frigorib⁹ defendãt̃. et cũ ita sit seqt̃ ꝙ inter omnia animaliũ genera solus homo nobilissimus factus est. et cũ cutis ex neruis componatur ⁊ sit naturaliter alba ⁊ perspicua extendens se per pinguedinem: Nam philosophi ex carnis claritate arguũt neruorũ subtilitatẽ: ex subtilitate spirituũ ac humorũ penetrationem ac subtilitate: qđ in brutis nõ reperitur. Immo ex humorũ grossicie: insequit̃ grossitudo cutis: ⁊ per consequẽs spirituũ: qui spiritus satis indispositi sunt in operib⁹ peragẽdis cum nõ habeãt cibaria spiritibus deseruientia. Nam ⁊ si homo habeat duplicem cutim nullã tamen habet superfluam: quoniam si sic tũc nõ indigeret tegmentis exterioribus quemadmodum ⁊ bruta. et isti sententie astipulatur Auicẽna quinto de animalibus ⁊ bene dicens: ꝙ cutis est duplex ẽ enim cutis spermatica in q̃ est neru⁹ ⁊ sensus: ⁊ ẽ illa in q̃ ẽ pinguedo. ⁊ alia huic oĩno opposita q̃ ẽ sic̃ quoddã accidentale nũc fluẽs occurrẽsqꝫ: ꝟm cãrũ diuersitatem: sic apparet in scabiosis in qb⁹ talis cutis fere depdit̃: ⁊ ĩ venenatis oĩno euadẽtib⁹: ⁊ sub ista nõ cõtinet̃ pinguedo. Prima nãqꝫ cutis in brutis intẽsior ẽ pp causas tactas: ⁊ ĩ hõine q̃si nõ repit̃. Sꝫ secũda excellẽtior: ⁊ pspicatior: ⁊ ista bꝫ sensus tactus pfectissimus pp primarũ q̃litatũ sub debito ordine refractaꝝ in hõine. Uñ ex ꝟbis Auicẽne ac ceterorũ philosophorũ manifeste pꝫ bruta nõ habere hõine sensum pfectiorem: cũ cutim cutis impediat: ⁊ hoc contra humanistas ac cãdelam male lucentem dictuꝫ sufficiat.

¶ Capitulum. cccxxvj. De his qui libenter dant mutuo.

s I multe linee grosse ⁊ inordinate ĩ mõte pollicis reperiant̃ ignotum amicum ⁊ libẽter mutuãtem dicũt ostẽdere.

¶ Capitulum. cccxvij. De dolore aut apostemate in mamillis mulierũ.

q Uãdo linea saturnia emergit a cardiaca ⁊ trãsierit p caueã man⁹ secãdo mediã ⁊ mẽsalẽ: ⁊ iter idicẽ ⁊ mediũ deuenerit directe vsqꝫ ad vltimũ locũ: ⁊ linea mẽsalis ad hũc locũ deuenerit sup eqtãdo antedictã lineã extẽdẽtẽ se v̂sus radicẽ idicis apostema aut lesionẽ mamillarũ ĩ mulierib⁹ denotãt. Linea mensalis veniẽs inter idicẽ ⁊ mediũ ⁊ ĩ fine sui sit subtilis ⁊ rubra aliquãdo in mulieribus apostemata mamillarũ arguit: qꝛ in hõine vulnera pectoris đnotat. ⁊ ita accidit ꝙ mulier vulnerat̃ a chyrurgyco ad incidẽdũ seu cauterizãdũ istũ locũ. Nõ obstãte ꝙ femina cũ gladio põt quoqꝫ vulnerari ĩ isto loco ⁊ interfici si habuerit malã correspõdẽtiã.

Accidit aliqñ in vberibus mulierũ ragadias seu scissuras venire in papillis eorum: q̃ maximũ dolorẽ causant: ⁊ medici laborãt in eorũ cura. Qñ ego exercebã chyrurgicã: multotiens eas statim liberaui liniẽdo cũ liniamento liqdo recenti facto ex farina amili ⁊ aqua rosacea qđ mirabilia facit: ⁊ ad excoriationẽ calciamẽtorũ cã: ⁊ in infantib⁹ quãdo vrina excoriat nates ⁊ coxas eorum: ⁊ etiam propter nimiam ambulationem factam.

¶ Capituluꝫ. cccxxviij. ⁊ vltimũ De modo ⁊ temporibus iudicãdi in generali.

c Uncta q̃ alterãtur atqꝫ patiunt̃ in hec inferiora tam in minimis q̃ꝫ in maximis dependent a celo ⁊ sunt tãq̃ꝫ magneti ferrũ. est sententia platonis in tymeo: ꝙ celestia corpora nõ sunt cause: sꝫ instrumẽta dei. cũ igit̃ corp⁹ hũanũ hẽat inter cetera aĩalia materiã leuissimã spirituosaꝫ ⁊ aereã. ⁊ ideo ad supiora eleuabilẽ atqꝫ alterabilẽ: aut passibilẽ. est vt videm⁹ ex sanitate corpis: atqꝫ egritudinib⁹ tristicia gaudio et huiusmõi. celũ agit ĩ corp⁹ et organa virtutũ sensitiuaꝝ: q̃ sunt ipsius anime

instrumenta:precipue agit i virtute fantastica ꝛ alterata deportat species cōgruas aut incōgruas ad itellectum .Et istud magis accidit i brutis que carēt itelligētia:sed habēt extimatiuam tātuꝫ: hoiem autem:qui est priceps ꝛ dominus creaturarum iferiorum dominus itellectu dotauit gloriosus ex mera sua liberalitate. Tamen pauci sunt qui nō sequātur appetitum sensualem ꝛ naturalem iclinatiōem. Ideo sapiētes physici obseruatores cursus nature cūcta sua negocia tā ampla q̄ꝫ stricta sub diuersas ymagines celi cōstituebāt.hac de causa hyppocras scripsit librum de hora ꝛ crisi recumbētium secūdum lunam. Dicēs primum luna quādo est plena luminis:tūc crescit sanguis ꝛ medulla i homine ꝛ bestijs omnibus secūdum augumētum: et i mari et in cūctis rebus humanis. Necesse est igitur q̄ alterato organo anime ꝛ virtute itellectiua q̄ ipsa anima patiatur.

Ideo chyrurgici in craneis fracturis precipue Guido euitat plenilunium i manualibus operationibus.Caueas de plenilunio: quia in eo cerebrum augumentatur:Et est sententia Galeni.tertio de creticis diebus quia cerebrum ad craneum appropinquat. Igitur fatui atque insensati sunt illi:qui non sciunt q̄ suprema corpora preparant in humanis negocijs tam bonum q̄ꝫ malum generaliter in specie animaliū ꝛ indiuiduorum particulariter quia comprehēdit multa indiuidua eiusdem speciei:vt in naturalibus affectionibus miram disconuenientiaꝫ pariant.Spiritus ꝛ organa virtutum:ita ꝛ virtualiter disponendo quod intensiue ꝛ remissiue effectibus accidat. Igitur chyromanticus dies infelices valde euitare debet quia organa virtutum sensitiuarum alterantur ita q̄ anima pronosticantem patitur. Quemadmoduꝫ amor ꝛ odium ꝛ proprium cōmodum remouent iudices a rectitudine iudicij:quia sunt infirmitates anime. Ita anima patitur ab alteratiōe celi atq̄ꝫ in organo apto nato suscipere alterationes elementales atq̄ꝫ celestes. Quas res maxime patitur in diebus quoq̄ꝫ coniunctionum ꝛ oppositionum luminarum boc est solis ꝛ lune .Et incipit malicia coniunctiōis per horas xxiij.ante ꝛ terminatur vsque ad horas. xvij. post . In oppositione vero incipit per horas. xvij.ante ꝛ terminatur ad horas.xj.post. Caueas q̄ luna non vadat ad coniunctioneꝫ martis atq̄ꝫ saturni aut ad oppositionem ex quadrato aspectu aspiciat quia sunt infortunia. Uen⁹ autem ꝛ Juppiter sunt fortuna. Retrogradatio Mercurij in initio operum est pessima: ga retrogradat ingenium speculantiuum.Et quā do vis aspicere manus alicuius facias ipsum ablui cum aqua calida deinde sicetur ꝛ fricet cum panno lineo : ꝛ fiat aliquantulum residētie:quia linee melius apparebunt. Ambe manus aspiciende sunt:Dextra viri principatum obtinet.Sinistra vero mulieris.Aliqui dicunt quod dextra viri aspicitur tempore estiuo qui se clarius demōstrat.Sed tempore byemali sinistra mulieris non fallit.Alij volūt q̄ in vere ꝛ estiuali tempore aspiciatur dextra viri die dominico vel iouis.Sinistra mulieris in autumno ꝛ byeme die veneris.Alij horaꝫ faciūt diuersitatem:vt sit hora Jouis ꝛ solis in homie hora vero veneris in muliere.Alij magis scientes faciūt aliter nam dederūt diuersitatem tātū in manibus ꝛ etatibus. Non est firmiter ispiciendum in ānis nutritionum qui sunt i pueris vsqꝫ ad quartum annum quia gubernantur a luna. Ideo quia materia puerorum est fluida icompacta alterabilis ꝛ susceptibilis preparata ad varias egritudines.

Liceat mihi de boc gloriari : q̄ Hermes: Aristoteles : Albertus: Conciliator : Ptholemeus: Helenus Poriami filius Julianus: Ugo ꝛ formica:ceteriq̄ꝫ illustres. Non fuerūt tam magni obseruatores in habundantia indiuiduorū sicut ego. Ideo preter ordinem quem nos ponimus i bis anastasis libris omnia sūt vana ꝛ inanita.

Aspicias igitur i indiuiduis sobrijs ꝛ a crapula remotis ꝛ a magno labore.fuge obscuritates aeris:ꝛ intensam calefactionem atq̄ꝫ frigiditatē. Prepara subiectum in loco equali ꝛ remoto a radijs solaribus : ꝛ callositatē manꝰ cum inanitione corporis seu ipsius indigentia vitabis. Non inspicias in metu passione vel in infirmo aut conualescente nec in nimio gaudio aut tristicia:nec in furore coitus nam bis rebus corpora alterantur :ꝛ iudicium negt asse integrum . Aspice vtrum indiuiduum babeat ingenium vafrum aut equale.Et post boc lineas principales proportione : numero:situ ꝛ colligantia .Et an sint preterite:presentes.an future res.Et tuberculorum liniamenta eminentiā

ꝛ colorem. Nec obliuiscaris formam vnguiꝫ colorem ꝛ qualitatem. Et post hoc digitorum ꝛ manus proportionem: ꝛ articulorum formaꝫ Inspectis istis proferas de longitudine ꝛ breuitate vite: de qualitatibus egritudinum ꝛ tempore. De honore de diuitijs calamitatibusqꝫ. De cõditiõe mortis an causa primitiua aut antecedente. De itineribus opulentia atqꝫ infortunio in diuersis etatibus. De fortunio ꝛ infortunio. De coniugio ꝛ filiorum numero ꝛ qualitate. An moꝛs sit in patria an extra patriam. An sit pronus ad artes liberales aut mechanicas. An sit fidelis an non an effeminatus an virilis. An cynedus: an pedico: an credulus an non: an habeat credulitatem equalem. An lucrabitur valde an non in magisterio. an mercibus vti debeat an non: ꝛ qua qualitate mercis: an pronus sit ad arthetícas an non: an sit bellicosus an non: an vulneratus an non an habeat copiam amicoꝝ an non: an victus ab inimicis an non: An mendax an veridicus: an audax an timidus. An mulier sit corrupta an nõ An moꝛietur in partu an non. Si est pellex an non. Si est fatua an non: licet in specie sint fatuissime: tamen comparetur vna ad aliaꝫ. Uniuersaliter primo proferas ifoꝛtunia: ꝛ post hoc foꝛtunas: ꝛ ea que in quarto ꝛ in quinto anastasis diximus in capitulo de modo iudicandi. Oportet primo quemuis desiderantem peruenire ad summam doctrinam istarum facultatũ ꝛ sic in allijs speculatiuis facultatibus facere hoc. Multa studere: Multa conferre: Multa imaginari: ꝛ multa audire atqꝫ exercere. Neqꝫ obliuiscaris radices scientiarum. Tandem christo optimo maximo concedente libꝝ sextum vna cum toto opere Anastasis in portum duximus. Cuius libꝝ principiũ per me factum est anno. AD. c cccc. sub Alexandro sexto Pontifice maximo. Finis autem fuit anno. AD. cccc iiij. sub pontificatu Julij secundi die. xxvij. Junij hoꝛa decimanona in sancti Petri clauigeri vigilia. Hunc librum interim candide Lectoꝛ sine liuoꝛe leges: Quẽ si sensero legentibus gratum. Alia ex officina nostra poterunt expectari opera. Mihi ꝛ eniꝫ in animo est: Compendium pulchrum phyſionomie componere ac edere. Moꝛ interpretationes somniorum enucleabimus. Nec laboꝛ erit vllus de Scomantia libꝝum ad summam componere perfectionem: cum omnes qui in hac arte scripsere mutilati sint ac imperfecti: ne scio an inuidia ducti id fecerint. Ego autem fidus ac integer vtilitati omnium consulere non dedignaboꝛ. Uos igitur lectoꝛes optimi Locliti vestro plausum date ac Ualete.

Laus Deo.

¶ Impressum Bononie per Joãnez Antoniuꝫ Platonidem Benedictoꝝ Ciuem Bononiensem. Anno. Domini. AD. CCCCC. iiij. Die vero. iiij. Mensis Septembris. Illustrissimo dño Joanne Bentiuolo. ij. feliciter gubernante.



Dominicus Fuſcus Ariminen. ad opus Coclitis.

Non te uulgus iners: nec te gypſata moratur
Turba pedes: nec quem liuor edax cruciat.
Nam ſophiæ ignaros: et acerbæ corpora linguæ
Spernit opus clario quod uenit a tripode:
Te Reges cupiunt: domini: rerumq; potentes:
Et qui cardineo tegmine membra tegunt.
Qui colit ingenuas artes: placidamq; poeſim:
Et legum interpres munera tanta petit.
Nec te detineat titulus: ſed candide Lector
Cuncta lege: extolles Coclitis ingenium.
Hoc ualet: hocq; poteſt: quod nō ualuere ſibyllæ:
Cum ſua fatidico numine uerba mouet.
Roma ſibyllinos ſpreuit male ſana libellos:
Hic reparat uatum quicquid in ore fuit.

Ioannis pauli Ferentilli ſpoletini Epigramma.

Quæ maneant ſtabili fatorum condita lege/
Coclitis/ et/ ſcriptis accipe poſteritas.
Et ſileant phœbi tripodes/ frondeſq; ſibyllæ.
Carminibus certis ſit quoq; certa fides.
Vera canit cunctis noſter præſagia uates
Quæ ſint/ quæ fuerint/ quæ ue futura manēt:
His laqueos: illis prædixit ſæpe ſecures/
Læta ac longa aliis ſtamina pollicitus.
Singula quid referā? quid harenā metiar audax?
Sors cecidit. uates ueridicusq; fuit.
Res noua/ temporibus non unq̄ cognita priſcis.
Res mira: hiſtoriis res memoranda nouis.
Mille canendi artes ſunt illi ac lumina mille.
Fœcundūq; ſacro numine pectus habet.
Da ſcombris nugas/ uateſq; explode loquaces.
Et pateant ueris ſcrinia carminibus.
Hæc te ſola iuuent. hæc perlege. uana nec unq̄
Quæ cortina monet Coclitis/ eſſe puta.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Hec est tabula operis huius qđ intitulatur Anastasis. i. resurrectio vbi ponunt̃ rubrice libroꝝ ⁊ capituloꝝ: vt lector facilius inuenire possit quod querit ⁊ optat.
¶ Primo ponit̃ opus Achillini bononiẽsis
¶ Itez epistola dñi Horatij Bichardi fanẽsis: de itinere quodam Coclitis: post quedaz carmina laude digna.
¶ Seqt̃ titulus magr̃i Bartholomei coclitis:
¶ Prologus ad introductoriuz totius opis.
¶ Eiusdẽ Bartholomei coclitis bononieñ. introductoriũ ad totum opus sue Anastasis ad eundem Diuum Alexãdrum Bentiuolum.
¶ Liber primus physionomie.
¶ Eiusdẽ Bartholomei coclitis ⁊c. Liber primus. Cuius caput primum demõstrat ꝙ anima sequit̃ corporalem cõplexionem: ⁊ ꝙ prudentia nostra euitare fata possumus.
¶ Capl̃m secũdũ ꝯtra Pliniũ ⁊ suos seq̃ces i xj° li° capite 52 vbi stimulat metoposcopos ⁊ chyromanticos.
Cap. 3. ꝯ pliniũ đ physionomia ⁊ chyromãtia
Cap. 4. istruens nos vt deueniamus ad maiorez noticiã artis seu sciẽtie physionomie ⁊ chiromãtie diuidẽdo humanum sexum in binas formas seu naturas.
Capitulum quintum de morum mutatione.
Cap. 6. đ significatiõe dispositiõe ⁊ forme faciei ⁊ est textus Aristotelis cum expositione Gulielmi nurice.
Cap. 7. quare est ꝙ hõinũ mores i diuersis regionibus naturaliter diuersificantur.
Cap. 8. de emptiõe captiuorum: ⁊ est Rasys ⁊ Haly abbas.
Cap. 9. đ hoibus tpate nature ⁊ ẽ ꝯciliator
Ca. x. eiusdẽ đ eq̃litate ⁊ ẽ aristotelis ad alexã.
Cap. xi. đ hõinibus bõe nature ⁊ ẽ aristoteles ad alexãdrũ ꝟm aliã trãslationẽ antiquam
Ca. 12 de physionomia signoꝝ sapientis philosophi ⁊ est conciliator:
Ca. 13. đ significatiõe vt supius ⁊ est Rasys:
Ca. 14 đ physionomia signoꝝ boni intellectus ⁊ nature ⁊ est conciliator:
Ca. 15. đ significatiõib⁹ corpoꝝ calidoꝝ ⁊ ẽ ra.
Ca. 16 đ significatiõib⁹ corpoꝝ hũidoꝝ ⁊ ẽ ra.
Ca. 17 đ significatiõe corpoꝝ hũidoꝝ: ⁊ ẽ ra.
Ca. 18 đ significatiõib⁹ corpoꝝ siccoꝝ: ⁊ ẽ ra.
Ca. 19 đ significatiõibus corpoꝝ calidoꝝ ⁊ siccoꝝ: ⁊ est Rasys.
Cap. 20. đ significationibus corporum frigidorum ⁊ humidorum ⁊ est Rasys:
Ca. 21 đ signis bõe ꝯplexiõis ⁊ sensibilis ⁊ est aristoteles i metaphoricis: ⁊ põit̃ text⁹ cũ ꝯm̃to
Ca. 22 đ signis isensibil̃ ⁊ hois grosse nature: ⁊ est philosophus: ⁊ ponit̃ textus cũ ꝯm̃to:
Ca. 23 đ signis fortis ⁊ est philosophus i metaphoricis: ⁊ ponitur textus cuz commento:
Ca. 24 đ physionomia hois timidi ⁊ est aristoteles: ⁊ ponitur textus cum cõmento.
Ca. 25. de physionomia ornati siue verecundi ⁊ est aristoteles: ⁊ ponitur textus cum ꝯmẽto
Ca. 26 đ signis inornati siue inuerecundi: ⁊ ẽ aristoteles: ⁊ ponitur textus cum ꝯmento
Ca. 27 đ signis animosi siue magnanimi ⁊ est aristoteles: ⁊ ponitur textus cuz ꝯmento
Ca. 28 đ signis iaiosi ⁊ ẽ aristo. ⁊ tex. cuz ꝯm̃to
Ca. 29 đ hõinibus seruilibus ⁊ est aristoteles ⁊ ponitur textus cum cõmento.
Ca. 30. de hoibus nõ seruilibus sed amaris vl̃ bestialibus ⁊ ẽ aristote. et ponit̃ text⁹ cũ ꝯm̃to
cap. 31. de signis hois iracũdi: ⁊ est aristoteles ⁊ ponit̃ textus cum ꝯmento
Ca. 32 de signis mãsueti ⁊ ẽ aristoteles ⁊ ponitur textus cum ꝯmento:
cap. 33. De signis ironis: ⁊ est aristoteles: ⁊ ponitur textus cum ꝯmento:
Ca. 34. đ pusillanimis siue placidis ⁊ agricis ⁊ est aristoteles: ⁊ ponit̃ textus cũ cõmento
cap. 35 đ signis amatoꝝ ꝯtumeliaꝝ ⁊ est aristoteles ⁊ ponitur textus cuz cõmento:
Ca. 36 đ signis misericordis ⁊ est aristoteles ⁊ ponitur textus cũ cõmento
cap. 37 đ signis luxuriosi ⁊ est aristoteles ⁊ ponitur textus cum commento:
Ca. 38 đ signis amatoris somni ⁊ est Aristoteles ⁊ ponitur textus cum commento
cap. 39 vtrum longus sit sapiens vel ne. ⁊ ponitur textus cũ commeto
cap. 40 vtrum rubeus sit ifidelis vel ne: ⁊ alb⁹ timidus ⁊ ponitur textus cum ꝯmento:
cap. 41. ⁊ est phũs in metaphoricis vbi loqtur de Cynedis: ⁊ ponitur textus cum ꝯmento.
¶ Liber ꝟus physionomie q diuidit̃ ꝑ q̃sita.
¶ Magr̃i Bartho. Coclitis bononiẽsis ⁊c.
¶ Primo ponit̃ ꝓlogus secundi libri:
¶ Euiusdez Bartholomei ⁊c. Liber ꝟus ⁊c.
¶ Augustini disci. ad magr̃z. Quesitũ primũ: De colorib⁹ i generali: Post ponit̃ respõsio Coclitis magistri ad Discipulum.

Quesitum secūdū eiusdem discipuli ad magistrum ꝺ natura capilloꝝ:cū responsione magistri ad discipulum :seu commento.
Quesitum tertium Augustini disci.ad eundem coclitem magistrū:de significatiōib⁹ capitis. cū respōsiōe eiusdē magistri ad disci.seu ꝯmto
Quesitū quartū.augusti.disci.ad eūdem coclitē de natura frontis contra pliniū cū respōsione magistri ad disci.seu commento.
Quesitū.v.augu.di.ad eūdē cocl.magr̄m ꝺ supcilijs cū respōsiōe eiusdē magistri seu ꝯmto.
Quesitū.vj.augustini dis.ad eūdē coc.magistrū de cilijs seu palpebris cū respōsiōe eiusdē magistri. seu commento.
Quesitū.vij.augu.disci.ad eūdē cocl.magr̄m ꝺ significatiōib⁹ faciei:cū responsione eiusdem magistri seu commento.
Quesitū.viii.augu.disci.ad eūdē cocli. magr̄m de nā oculoꝝ:cū rñsiōe ei⁹dē magri seu ꝯmto.
Quesitū.9.augu.disci.ad eundem coclitez magistrum de natura ꝛ motibus oculoꝝ:cum responsione eiusdem magistri seu cōmento.
Quesitū.x.augustini disci.ad eundem coc.magistrum: de natura oculoꝝ paruoꝝ:cum responsione eiusdem magistri seu commento.
quesitū.xi.augusti.di.ad eūdē co.ꝺ situatiōe aliqua oculoꝝ:cū rñsiōe ei⁹dē magri:seu ꝯmēto
quesitū.12.augustini disci.ad eūdez coclitez magistrū.de maculis existentibus in oculis:cum responsiōe eiusdem magistri seu commento.
quesitū.xiij.augustini.di.ad eūdez cocli.magr̄z ꝺ nā oculoꝝ:cū rñsiōe ei⁹dē magri seu ꝯmēto
quesitū.14.augusti.disci.ad eundez cocli.magistrū de natura ꝛ ꝓprietate nasi :cum responsione eiusdem magistri seu commento.
quesitū.15.augu.di.ad eūdē co. magr̄m: de nā nasi aqlini:cū rñsiōe eiusdē magri seu ꝯmto.
quesitū.16.augu.di.ad eūdez co.magr̄z:ꝺ natura nasi acuti:cū rñsiōe ei⁹dez magri.seu ꝯmto
quesitū.17.augu.di.ad eūdē co.magi. ꝺ significatiōib⁹ auriū:cū rñsiōe eiudez mag.seu ꝯmto
quesitum.18.augustini di.ad eundez coclitē magistr̄.ꝺ physionomia maxillaꝝ:cū responsione eiusdem magistri : seu commento.
quesitum.19.augu.di.ad eundem coclitem magistrū de natura oris.cū responsione eiusdem magistri :seu commento.
quesitū.20.augu.disci.ad eūdē co.magr̄z.ꝺ nā labioꝝ:cū rñsiōe eiusdē magri. seu cōmento.
Quesitū.21.augu.di.ad eūdē co.magr̄m:ꝺ dentibus:cū respōsiōe eiusdē magri:seu ꝯmento.
quesitū.22.augu.di.ad eūdē co.magr̄m. ꝺ lingua:cū respōsiōe eiusdē magistri seu ꝯmento.
quesitū.23.augu.di.ad eundē co.magi.ꝺ significatiōe vocis cū rñsiōe eiusdē magi.seu ꝯmto
quesitū.24.augu.di.ad eūdez co.magi. ꝺ physionomia risus.cū rñsiōe ei⁹dē magi.seu ꝯmto
quesitū.25.augu.di.ad eundē co.magi.ꝺ anbelitu cū respōsiōe eiusdē magi.seu cōmento.
quesitū.26.augu.di.ad eūdē cocli.magi.ꝺ natura ꝛ ꝓprietate mēti:cū responsiōe eiusdem magistri seu commento.
quesitū.27.aug.di.ad eūdē co.magi. ꝺ natura barbe.cū respōsiōe eiusdē magri seu ꝯmento.
quesitum.28.augu.di.ad eundez coclitem magistrum de significatiōibus colli:cum responsione eiusdem magistri:seu commento.
quesitum.29.augu.disci.ad eundem coclitem de significatiōibus clauis colli.cum responsione eiusdem magistri:seu commento.
quesitū.30.augu.di.ad eūdē cocli.magi.ꝺ significatiōibus spatulaꝝ:cū respōsiōe eiusdez magistri:seu commento.
quesitum.31.augusti.discipuli ad eundem coclitem magistrū de physionomia brachioꝝ:cū respōsione eiusdem magistri seu cōmento
quesitū.32.augu.di.ad eūdē co.magi.ꝺ physionomia manuū:cū respōsiōe eiusdem magistri seu commento
quesitū.33.augusti.disci.ad eundem cocli.magistrum:de significatione vnguiū:cum responsione eiusdem magistri seu commento:
quesitū.34.augu.di.ad eundē co.magi.ꝺ significatione tactus:cū rñsiōe eiusdē ma.seu ꝯmto
quesitū.35.augu.di.ad eūdē co.magi.ꝺ dispositiōe spine dorsi:cū respōsiōe eiusdē magri seu commento.
quesitum.36.augu.di.ad eundez co.magi.ꝺ signis lūboꝝ:cū rñsiōe eiusdē magi.seu ꝯmto.
quesitū.37.augusti.di.ad eundem coclitez magistrum ꝺ significatiōibus pectoris gule ꝛ mamille:cū respōsiōe ei⁹dez magistri seu ꝯmto.
quesitū.38.augu.disci.ad eundez co. magistrū ꝺ significatiōe spiritus:cū respōsiōe eiusdem magistri seu commento:
quesitum.39.augu.di.ad eūdez coclitez magistrum de signis methafrenon:cum responsiōe eiusdem magistri:seu commento.

BIBLIOT. UNIWERSYT. JAGIELLOŃSKIEJ W POZNANIU